



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Liber Vitae Sancti Engelberti Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Jerem. 24.

Abbatia
Essendien-
sis misere
vexatur.

Esa. 33.

fornicantur abs te, Non potest esse sine periculo & gratiæ detrimento, quando Clerici, qui secundum nomen suum de sorte sunt Dei, ordine A mutato, militiæ se mancipant seculari. Tales, sicut exemplum habemus in multis, cum ad malum, vt dici solet, deterius tendunt, etiam malis peiores, & crudelibus crudeliores fiunt. Hinc Ieremiæ dicitur à Domino: Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus malas, malas valde. Ficus malæ, sunt maligni religiosi, vtputa Monachi vel Clerici. Ficus mala valde, cum ex illis fiunt Laici. Fuerat enim Fridericus maioris Ecclesiæ Colonienfis Canonicus. In Comitum ex Clerico mutatus, fit Ecclesiæ Essendienfis Aduocatus nomine, re ipsa inimicus. Non enim defendere, sed magis deprædari didicit. Cum pater eius Arnoldus, Comes de B Altena, vir admodum prudens & modestus satis in genere suo, ratione aduocationis satis indebite iam dictam vexasset Ecclesiam, iste nouissimus Fridericus exossauit eam. Aduocatos siue scultetos Ecclesiæ, contra voluntatem Abbatissæ & sororum, amouit: pro libitu nouos instituit: homines ad monasterium quocunque iure attinentes, tantis vexationibus angarians, tantisque exactionibus excorians, vt nobilis illa Ecclesia subsistere, vel diutius eiusdem incubatoris intolerantias sustinere non posset. Non legerat, vel potius non attenderat scriptum, si legerat, miserimus ille: Væ qui prædatis, nonne & ipse prædaberis? Abbatissa C sæpius cum sororibus Coloniam veniens, cum coram primoribus suas miserias, & Friderici violentias prius Domino Theoderico, ac deinde eius successori Engelberto Archiepiscopo exponerent, modicum profecerunt, quod amore cognationis multa circa illum dissimularent.

Notatio ad Caput Primum.

Absolutâ libro superiori, temporis serie, quam notatio-
nibus inferui, hoc libro & tertio solas obseruationes
adiiciam.

§. Causa verò martyrij.

Causa
martyrij S.
ENGEL-
BERTI.

Causam martyrij S. ENGELBERTO præbuit Ecclesiæ Essendianæ susceptum contra Fridericum Isenburgicum comitem patrocinium, cuius Friderici progenies à florentissima hodie Comitum Isenburgicorum differt, & prorsus di-
uersa

A uersa est stirpe : Imagines huius ad Lanū fluiū familiae quae Salentinū Archiepiscopū & Principē Electorē Coloniensē progenuit, nigro depictæ colore trabes designant. Illius verò Differentia familiarū Iſenburg.



C familiae Iſenburgicorum apud Rurā rosæ referunt, ipsaq; sedi Coloniēsi dedit Adolphū Archiepiscopū, ædificatorē caſtri Iſenburg ad Ruram, qui illud in feudum conceſſit fratri ſuo Arnolſo, in plerisque manuſcriptis & vulgatis Euerhardo appellato. Deinde verius hic exiſtimat Cæſarius, Friderico patrem fuiſſe Arnolſum, (niſi malis auum eius nuncupare) ſed pro illo militat archiua, extant enim plurima diploma ta Adolphi Archiepſcopi fratres ſuos enumerantis: Arnolſum Friderici patrem, & Fridericum eiſdem Patrum: Ec- Friderici Iſenburgi pater Arnolſus.

D cleſiæ quoque Eſſendianæ parrocinium, quam aduocatiā Arnoldus Aduocatus Eſſendienſis fuit. Vidi vnū aliquod in Veteris Campi tabulariis inſcripto nomine Eliſabethæ Abbatiffæ in manuſcriptis Antiftitarum Eſſendiendiſium Catalogis hæcenus omiſſo. Hi inter Eliſabeth Abbatiffa Eſſendienſis.

Q 2

teſimum

Ecclesiæ
Essendiensis
clientes
plurimi.

Adelheidis
Abbatissa
Essendiensis
tēpore S.
Engelberti

telimum leptuagesimum gubernantem) & Adelheidem eius nominis tertiam tempore S. ENGELBERTI Præsidem meminerunt tantummodò Cunegundis de Windeck, Beatrix de Lennep, & Iuttæ de Miluen intercedentium, nulla facta commemoratione Elisabethæ in illo apud veteris Cāpimonasterij Diplomate recensitæ, in quo anno 1197. *Arnoldus* nuncupatur *Aduocatus Assindia*, ibique post Sacellanos, curiæ *Officiales* referuntur. *Godescalcus Dapifer*, *Bertholdus Pincerna*, *VVolframms Camerarius*, *Rutgerus Marscalcus*, Ecclesiæque ministeriales *Hermannus de Aldendorp*, & fratres eius *Henricus* & *Cæsarius*, *VVinnemar* de *Vinffhausen*, *Henricus Gilstein*, *Hethenricus de Steuene*.

Amplissimus hic se mihi iurium Ecclesiæ Essendiensis eiusque Clientum, seu Vallorum, & Curialium enumerandorum offert Campus; Verum hæc sufficiant, ad aliquam eorum notitiam, atque imprimis ad faciendam Cæsario fidem asserenti: *Aduocatum Arnoldum fuisse Friderici patrem*; à quo Ecclesia sit vexata, atq; ab eius filio demū exossata, tēporibus videlicet S. ENGELBERTI circa annum millesimum ducentesimum decimum sextum, præsidentis; Adelheidis verò de Wildenberg eius nominis tertix Ascetiarum Præfectæ, cuius iam memini. Est illa quæ Canonicis ibidem residentibus reditus in Holtzweiler, ac virginibus ex canone viuentibus vulgò Canonissis obuentiones in Paffendorff transcripsit Anno à Christi Natiuitate 1224. *Regnante inuictissimo Romanorum Imperatore Friderico, glorioso Rege Henrico, ac venerabili Coloniensium Archiepiscopo ENGELBERTO*, eam transcriptionem tandem Gregorius Nonus, anno Pontificatus sui IV. 7. Kal. Iulij confirmavit. Deinde Adelheidis Ecclesiæ Capellensî, (quæ nunc Collegium Rellinghausanum dicitur) concessit priuilegium, vt virginibus ibidem æquè sibi possint adsciscere certum præpositum ex Præmonstratensî Religione, atque illa

A illæ in Monasterio Staupenberg, ambabus enim Ecclesijs olim vnus præerat Hierarcha. Defuncta Adelheidis 23. Aprilis Essendiæ ante altare S. Georgij est tumultata, qua ipsa etiamnum viuente destructum est ab Henrico S. Engelberti successore, ope Henrici Ducis Brabantix, Gerardi Geldrix, Theoderici Cliuia, Gerardi Iulix, & Adolphi Marchix comitum castrum Isenberg] *Hæc fere Catalogi asserunt Essendenses*, debuit igitur Adelheidis fuisse illa Essendensis Præses, quã Cæsarius scribit sæpius cum sororibus Coloniam venisse

B cum Theoderico Archiepiscopo, & deinde cum successore eius ENGELBERTO conquestum, de Friderici violentiâ Ecclesiæ Essendensis illatâ.

Nobilitas
Ecclesiæ
Afnidrens.

Ipsa vero Essendensis (vel vt in exemplari seu originali primæ suæ institutionis habetur, Afnidensis) Ecclesia est in quam præter Canonicos, solæ Regulorum filix Canonissæ adleguntur. Abbatissa sacri Romani Imperij Princeps in politicis præclaro dominatur territorio. Gloriantur ipsæ corpore B. Alfridi quarti Hildisheimensis Episcopi Institutoris Essendensis, cuius soror Gersvvida prima loci Antistita, circa annum Christi 878. floruit: diuites præterea sunt sacris

Vide Chron.
Eggehardi
Abbatis
Vragiensis.

C Lipanis SS. Colmæ, Damiani, Basilij, Quintini, Remigij, B. Pinnosæ, quartæ Abbatissæ, nec non S. Marci, à Mechtilde Præfectâ, Ottonis secundi & Theophonix filiâ, dono dati, à

Reliquiæ
Elsedienses.

D qua & institutum Collegium Rellinghausanum; sacellum verò S. Annonis, in rupe extructum, vulgò Staupenberg dictum, cuius supra memini, dotauit Svvanehildis Abbatissa, Anno Domini millesimo septuagesimo tertio. De vtriusque etiam Præfectis videtur agere Cæsarius, quando in plurali Patronos & Prætores; vel vt ipse loquitur, *Aduocatos & Scholætos Ecclesiæ à Friderico Isenburgico vexatos perhibet*. Nam præter Essendianam, alii de ipsius sanguine, collegia dictæ Ecclesiæ fem.

NB. Corpus
S. Marci Essendie in aurea hiero-
theca quiescit

Diuerfi ex
Altenana
familia
grauarunt
Ecclesiam
Essendia-

NB Staupenberg for-
tasse dici ab
Idolo Stuffo-
nio in parti-
bus Saxoni-
cis culto, sicut
de eiusdem
vominis mō-
te in Eichfel-
dia obseruat
P. Nicol. Ser-
rarius in
hist. Mogunt.
lib 30.
Notat. 2.

clesiæ subiecta, Rellinghausanum & Staupenberg infesta-
runt, atque affligerunt; Vnde hæc propter Collegium Rel-
linghausanum ab Henrico Romanorum Rege, manarunt
literæ Regiæ in comitem Marchiæ Adolphum.

Henricus Dei Gratia Romanorum Rex & semper Augustus, vni-
uersis Imperij fidelibus, quibus præsens scriptum fuerit ostensum gra-
tiam suam & omne bonum. Insinuatione præsentium ad vniuersorum
cupimus notitiam peruenire quod Nos dilectam Principem nostram,
Atnidiensem Abbatissam de plenitudine consilij Nostri in possessio-
nem Aduocatiæ suæ Rellinghaußen misimus, in quâ Aduocatiæ posses-
sione, sicut asserbat, à comite Adolpho de Marchia per violentiam
fuerat eiecta, & in eadem possessione memoratam Abbatissam in om-
nibus defensare proponimus diligenter. Volumus etiam, quod si præ-
nominatus comes de Marchia affirmer se aliquod ius habere in Aduo-
catiæ antefata, in nostra præsentia proponat, plenam iustitiam receptu-
rus. Inhibentes nihilominus eidem Comiti ne prælibatam Abbatissam
super possessione Aduocatiæ in Rellinghaußen, quam à Nobis debet &
ab Imperio tenere, in alio iudicio quam coram Nobis impetere præ-
sumat: Volentes quoque vt coram Nobis omnia per iustitiam diffi-
ciantur: Præterea mandamus sub attentu Nostræ Gratia firmissimè
præcipientes, quatenus coram fideli nostro Burggrauio Werdenfi
omnes ministeriales & ministratores Ecclesiæ Atnidiensis super omni
querimonia, & satisfactione debita iuri pareant, & obediant eidem,
sicut indignationem Nostram voluerint euitare, Datum apud Spiram
Idibus Decemb indictione quarta.

Patrocinij seu Aduocatiæ Essendiensis ius, post sumptum
de Friderico supplicium persæpè Coluniensis sibi Sedes vin-
dicauit, vt plura Archiuorum diplomata testantur, è quibus:
*compositio inter Sifridum Archiepiscopum & Euerhardum comitem D
de Marcka, qualibere patrocinium seu Aduocatiæ Essendiensem per-
mittit Ecclesiæ Coloniensi. Deinde priuilegium Regis Henrici, Henrico
Archiepiscopo Francofurti concessum, 6. Kalend. Octob, Anno Domini
millesimo trecentesimo nono regni primo. Item conuentio inter Engel-
bertum eius nominis tertium Archiepiscopum & comitem de Lim-
burg, de patrocinio seu aduocatiæ Afsindiensi, iudicio & comitatu de
Buichen,*

Buichen. Hæc & id genus alia ad patrocinium Affindienſium
 A ſpectantia, quia in alia incidunt, tempora hic prætereo.

ALTERA MEDIETAS CAPITIS PRIMI.

POST annos aliquot ſorum querimonijs Dominus Papa Hono- Anno 1225
 rius, nec non Imperator Fridericus defatigati, impatientes ſæpe Iuſſu Papæ
 dictæ Eccleſiæ urgentes literas Epifcopo dixerunt. Qui cum Eccleſiæ & Impera-
 Imperialis iniurias diutius diſſimulare nec auderet, nec vellet, Comi- toris En-
 B tem ſerio monuit, ſed nihil profecit. In tantum autem ei pepercit, vt de gelbertus
 proprijs redditibus annis ſingulis certam penſionem ei offerret, modo Epifcopus
 aduocatione legitime vti vellet; ſed ille minime acceptauit, quoniam comitē ex-
 in maleuolam animam non intrabit ſapientia. Intelligens autem idem hæredat.
 ipſe Fridericus præſulis voluntatem, quod eum exhæredare vellet, co- *ſap. i.*
 gnatis conqueritur & amicis, Et ecce flante Bohemoth, cuius halitus *Iob 41.*
 prunas ardere facit, ſic ſuccenſus eſt ad Epifcopum interficiendum, vt
 verbis fumantibus carbones, id eſt, ſatellites ſuos, homines in malitia
 exercitatos, & ad omne facinus pronos, ad parricidium inflammaret.
 C Fridericus, dictio Teutonica eſt, & ſignificat pacis diuitem. At miſero
 iſti non niſi per antiphrasim, id eſt, à contrario congruebat. Nam pacis
 inops erat, pacis inimicos ſibi locians: Mox cultelli, lanceæ, enſes præ-
 parantur, à miſero miſeri falſis promiſſis animantur: Ego ſum, inquit,
 Comes, caſtra fortia habens & terram. Duo ex fratribus meis Epifcopi
 ſunt. Dux Walramus, & terræ noſtræ potentiſſimus, affinis meus eſt, * poſt mor-
 cuius filius Comitatum Montenſem * habiturus eſt. Conſobrinus ſum tem En-
 Theoderici Comitæ Clienſis, cuius fratruelis eſt nobilis vir de Hen- gelberti.
 nisberg. Godefridum Comitem de Arnsberg. Ottonem Comitem de
 D Tekelenburg, Herimannum potentem de Lippia, & alios complures Inſtāman-
 iniurijs affecit, læſit & offendit, nec eſt qui ſanguinem eius vindicet. tur multi
 Omnes vos ditabo, protegam & ſublimabo. Simile quiddam clande- in necē En-
 ſtino huic parricidio, antequam occideretur beatus Epifcopus, frater gelberti.
 Friderici Engelbertus euidam honeſto militi; ſicut nuper ab eius ore
 audiui, propoſuit, ita dicens: Tales & tales ſunt cognati mei, tales & ta-
 les ſunt affines mei, prædictos nobiles nominans, & quis mihi fratribus-
 que meis nocere poſſet? Reſpondente milite, Nullus ſane poſſit, maxi-
 me quamdiu vobiſcum eſt Dominus & cognatus veſter Archiepiſco-
 pus:

Militem pus: ille subiunxit: Ponamus non superesse Archiepiscopum, ecquis nobis vim vel contumeliam inferre posset? Miles quidem respondit, sicut A
 vocat virū & prius responderat, sed satis displicuit ei hic sermo, cum postea com-
 nobilem. perisset, quare prolatus esset ab eo. Atque inde conijci potest hoc sacri-
 legium non tum primum, cum Episcopus occisus est, fuisse conceptum,
 Matth. II. sed diu pertractatum. Feruntur huic conspirationi consensisse nonnulli
 potentes, quos fama quidem non tacet, sed propter tempus nominare
 non licet: sed veniet narrandi opportunitas, dicente Salvatore: Nihil
 est opertum, quod non reueletur; & occultum, quod non sciatur.

Notatio ad alteram medietatem Capitis I.
 Libri secundi. ^B

§. In tantum ei pepercit.

S. ENGEL-
 BERTVS
 nõ laborat
 nepotissi-
 mo vel im-
 moderato
 amore in
 suos con-
 sanguineos

Fasti Mariani Monachienfes immoderato Ecclesiastico-
 rum in suos cognatos affectui opponunt exemplum S. ENGELBER-
 TI: *libertatem, inquiringes, Ecclesia S. ENGELBER-
 TVS contra cognatum sanguinem (audiant vtinam hæc, illi qui Chri-
 sti patrimonium sua putant, & in suos effundunt) toto pectore propu-
 gnauit ipsique adeo vita antehabuit.*] Quare quæ Cæsarius re-
 fert de mercede seu pensione ex propriis redditibus oblatâ non e-
 runt capienda de emolumentis Ecclesiasticis, verum potius
 de fructibus amplissimi patrimonij Montensis Territorij,
 cuius administratio Germano suo Adolpho ante septen-
 nium vita functo, ad ENGELBERTVM Nostrum erat deuo-
 luta, vt liberum ei fuerit perceptos inde redditus & census
 mercedis loco soluere. Ex iisdem solutam arbitror dotem
 elocatæ confanguineæ ante promissam: apud Buranos enim
 Dynastas conseruatum testificatur exemplar: à SANCTO
 NOSTRO Anno 1222. sub traditione fascium Henrico
 Romanorum Regi facta auguratione, coram Nobilibus vi-
 ris comite de Marcka & Lippia confanguineam suam Co-
 mitissam

S. ENGEL-
 BERTVS
 cognatam
 sponsam
 dotat.

A mitissam de Kessel despōsam nobili viro Bertholdo Domino in Buren, in dotem dato pone oppidum Belikenſe caſtro Welschenbeck ſuis ipſius nummis comparato. Itaque ne Martyr
 B noster velut ἀσφύγος in il- liberalitatis aut immanitatis ſuſpicionem vocetur, aio non eum à ſe liberalitatem repulſiſſe aut Senſum humanitatis in ſuos, vbi licebat
 C exuiſſe, ſed de Gazophylacio templi non auxiſſe amicos.



Buren.

Cæteroquin vt & liberalitatem SANCTI NOSTRI Be S. ENGEL- neuole Lector plenius perſpicias, & quàm immeritò Frideri- BERTVS VIC
 cus Iſenburgicus hoc primo capite B. Engelberto affingat: liberalis.
 quod Vir Sanctus complures iniuriis affecerit, leſerit, & offenderit, cognoscas, exhibeo hic teſtes munificentix eius tabulas, ex
 D inſignis Collegii SS. Apoſtolorum archiuo, in quibus oppidanos ad vadum Viperæ fluuii, vulgò Wipperfurdenſes ab omni exactione perpetuò liberos declarat. Tabulæ ſic ſe habent:

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, ENGELBERTUS diuina fa- Priuilegiū
 uente Clementia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, omni- Wipper-
 bus ad quos præſens ſcriptum peruenerit in perpetuum. Ne rei geſtæ furdentiū,
 finem conſumat obliuio literarum ſolet indiſſis æternari. Quapro-
 pter notum facimus vniuerſis; quod nos vna cum fratre noſtro Adol-
 pho comite de Monte feliciſ recordationis cum adhuc viueret,
 R commodum

* id est, Ca-
nonicis SS.
Apostolorū.

commodum & felicitatem ciuium nostrorum in Wipperfurde atten-
dentes. Ipsos ab omni exactionis onere exemimus & perpetuo liberos A
dimisimus ac solutos. Hoc adiecto, quod singuli in memorato oppi-
do degentes cuiuscunque conditionis Dominis suis * siue Ecclesijs
quibus pertinent, debita seruitia & iura exhibeant. Vt autem hoc fa-
ctum nostrum ratum permaneat & inconuulsum presentem paginam
exinde conscriptam sigilli nostri caractere fecimus communiri. Te-
stes huius rei sunt, Sibodo Dapifer, Engelbertus de Bensbure, Requi-
nus de Zudendorp, Adolphus de Stamheim, Adolphus de Bernsouue,
Theodericus & Henricus Fratres sui & alij quam plures. Acta sunt B
hæc Anno Dominicæ incarnationis M.CC.XXII.

§. Dux Walramus terræ nostræ potentif-
simus affinis meus est.

In manuscriptis habetur, *Socer meus est*, vide in Notationi-
bus capitis 12. Stemma Walrami Ducis.

Caput Secundum.

*Susati inter Dominum Archiepiscopum & Comitem Fridericum
de pace tractatum.* C

Fridericus comes re-
spuit pacis
cōditiones
Iob 41.
Ibidem.

POST festum omnium Sanctorum Deo dilectus pontifex propter
bonum pacis Susatum venit. Venit & Fridericus cum fratribus suis
Episcopis, alijque cognatis suis atque consiliarijs. Vbi cum triduo pro
compositione pacis laboratum esset, nulla via, quæ Friderico placeret,
inueniri potuit. Indurauerat enim diabolus cor eius quasi lapidem, &
strinxerat id quasi malleatoris incudem. Eius consiliarijs tunc temporis D
congruebat, quod de diabolo, cuius membra per conspirationem ef-
fecti sunt, paulo superius ad Iob dictum est à Domino: Corpus illius
quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Vna vni con-
iungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhære-
bit, & tenentes se nequaquam separabuntur. Ita erant, quicquid ore
dicerent, conspiratores illi in concepta malitia pertinaces & indurati,
ita coherentes & confœderati, vt nullum pacis consilium corde possent
admittere.

Nota-

A Notatio ad Caput Secundum.

S. Susatum venit.

Est Susatum in Westphalia celebris Angariæ Metropolis quam (vt loquitur Diploma S. Annonis in Armario S. Cuniberti) *Dino Petro* SANCTVS CUNIBERTVS Archiepiscopus acquisiuit, & *B. pius Archiepiscopus Hermannus* postea, effosso corpore Sancti Cuniberti & Susatiam translato, ab iniustus & importunis heredibus duello defendit & obtinuit.] eadem in manuscriptis ac magno Belgij Chronico referuntur. Est hoc oppidum amplū, ac præter Archidiaconale Collegium complexu suo duo virorum, vnumque virginum cœnobias, & sex Parœcias coërcet: in suburbanis vero duos Parthenones, & decem Parœcias. Ipsum Oppidum Henrici Aucupis autoritate muro circumdatum est, atque opificia in pagis exerceri prohibita. Ex Archiepiscopis Coloniensibus Bruno Magnus per Euercarum Leodiensem acceptis à Carcassonenſi in Gallia Episcopo S. Patrocli reliquiis illud honorauit (*translationem in historia SS. Coloniensium vulgabo*) Philippus Heinsbergicus duodecim viros in magistratū cooptrauit, duosq; tauros in publicorū ministrorū vsum instituit magistrari, atq; eis munera ac beneficia quā plurima cōtulit. Gograuius qui iudicis dignitate pro Archiepiscopo, Oppidanis circūfusoq; ad milliare territorio præerat, in Arceō Westphalico, vice-Dux appellatur. Susatenses, qui B. ENGELBERTI tempore necdum à fide Diœcesios recesserant, anno supra millesimum tercentesimum nonagesimo nono, defectionis ansam quæsiuerunt, post Anno 1441. inita cum Adolpho Cliuensi & Marcano amicitia cœperunt obtendere vltra

R. 2

priui-

Susatura
Oppidum.

priuilegia & consuetudines suas à Coloniensibus se onerari: A
 sed interpellatis Metropolitano Capitulo, Statibusque &
 nobilitate Westphaliæ, res per triennium fere agitata quo-
 dammodo composita fuit; attamen mox nouis querimoniæ
 tricis ab ipsis ciuibus ad Cæsarem delatis, Bernardus Saxonie
 Dux arbiter datus, pro Theoderico de Morfa Archiepisco-
 po Coloniensi, anno 1444. pronunciauit; In cuius arbitrio
 ciues haud acquiescentes, eodem ipso anno, die decem mil-
 libus Martyrum cōsecrato, Ioannem Adolphi XI. Cliuentis B
 filium cum exercitu in urbem intromiserunt, illique ac poste-
 ris eius stricta fide clientelæ officia iureiurando sponde-
 runt, seu homagium præstiterunt. Vnde cum milite profe-
 ctus Ioannes oppidum Sanctense, cuius dimidium ad Archi-
 episcopum spectat Coloniensem, vi expugnauit, illo expu-
 gnato Susatum redux ab Archiepiscopi Coloniensis Theo-
 derici exercitu fuit circumdatus. Faciebat cum Ioanne Ru-
 dolphus Episcopus Traiectensis, ac Bernardus Lippiæ co- C
 mes. Archiepiscopus vero Coloniensis vicinorum omnium
 Episcoporum, Hildesientis, Mindensis, Monasteriensis, Pa-
 debornensis; ac Principum Ludouici Bauariæ Electoris, Gui-
 lielmi Brunsvvicensis Ducis, Ioannis Nassouiæ; Gerardi Sei-
 eni, Wilhelmi Landgrauij Thuringiæ, Ducis Saxonie &c.
 auxilio, exercitum 8000. militum duxit, quibus Susatum cir-
 cumfusum, & continuis ænearum fistularum ictibus fuit pe-
 titum; sed cum elapso vnus mensis spatio nihil prorouere- D
 tur, scalis urbem varijs in locis, magnoque numero conscen-
 suri milites, & lapidibus & obiectis trabibus ab incolis sunt
 retusi; maximè tamen mulierum Susatiensium industria re-
 iecti; Illæ enim præferuidis in obuios quosque effusis pulti-
 bus eos grauissimo enecauere cruciatu. Quamobrem cum
 magna luorum clade Archiepiscopi miles coactus fuit sol-
 uere urbis obsidionem. Verum anno 1462. Pius secundus
 Ponti-

*Erantz. in
 Saxon.*

A Pontifex usurpatione improbara Susato vna cum medietate oppidi Xantensis Archiepiscopum Coloniensem iniuste exclusum restitui iussit:] Hæc ferè ex manuscriptis, nostra tamen tempestate etiamnum Susatentes Marcanorum Comitum Imperio obsequuntur.

Caput Tertium.

De prænnunciata eius morte.

B **P**LACUIT circa idem tempus Spiritui sancto, martyris sui finem qui- Religiosis, busdam viris religiosi, idque diuersis in locis reuelare. Monachus quibusdã quidam congregationis nostræ, iuuenis probatæ vitæ, Abbati nostro se- viris mar- cretius dicebat: Domine; si qua habes tractanda cum Archiepiscopo, tyriũ eius ne differas: qui breui morietur. Post dies paucos infirmarius noster, reuelatur. Winandus nomine, pro negotio quodam ad illum Susatum directus est. Qui cum in Veteri monte, domo Ordinis nostri pernoctaret, & mane veller recedere. Supprior subsecutus, ait ad eum: Est apud nos conuersus quidam, spiritum habens propheticum, sicuti sæpe experti sumus. Is tribulationem ingentem breui Domino nostro Archiepiscopo euenturam prophetat. Quapropter rogo vos, vt moneatis eum, vt cautus sit seque custodiat. Cui ille respondit, Satius est me id tacere, nam pro friuolo habiturus est. Veniens inde ad Episcopum, benigne susceptus est & expeditus, nec quicquam tamen illi hac de re indicare ausus fuit.

Notatio ad Caput Tertium.

D S. Placuit circa idem tempus Spiritui Sancto.

TEmpora S. ENGELBERTI ornata fuisse viris diuino Spiritu afflatis, nemini temporum illorum inuestigatori non notum est, quos inter in vetere Abbatia Montana, Martyrimum S. ENGELBERTI eo quo contigit modo prædixit

B. Ioannes
Horichem

R 3

B. Ioan.



A

Conradus
Legatus S.
Engelber-
rum præ-
monuit.

B. Ioannes de Horichem; cuius meminit Cæsarius lib. 7. dia-
log. cap. 7. quemque Chrysoſtomus Henriquetz in menolo-
gio Cisterciensi ante diem 4. Id. Maii his laudat verbis. *In*
Germania B. Ioannes conuersus qui in Veteri Monte habitum Religio-
nis assumpsit, & dono Prophetia ac variis visionibus illustratus, atque
eximia sanctitate celebris ad cælestem gloriam transcendit. *In*
manuscriptis quoque codicibus reperio à Conrado Portuensi
Legato Apostolico B. ENGELBERTVM de periculo suo
monitum. His similia libri tertij capite vltimo proferentur,
vbi & de geminaluna à B. Hermanno Steiueldensi visa.

B

§. Infirmarius noster Winandus.

Commemorat hunc virum Cæsarius dialogorum lib. 9.
cap. 2. & lib. 10. cap. 2.

C

Caput Quartum.

Constitetur Generaliter Episcopo Mindensi.

Vide ani-
mum can-
didum, &
pacis stu-
diosum.

DIE sequenti Dominus Episcopus literas indices mortis suæ accepit.
Quas cum legisset, in ignem mittens, pedibus conculcavit, ne dis-
cordiæ seminariū fierent inter ipsum & cognatum suum Comitem
Fridericum. Recitauit tamen eas Episcopo Mindensi, qui præsens erat.
Cui cum diceret ille, Caue tibi Domine propter Deum, non solum tua
causa, sed etiam pro vtilitate Ecclesiæ nostræ, & totius terræ salute: re-
spondit ille, Angustiæ mihi sunt vndique, & quid mihi faciendum, Do-
minus nouit, prorsus ignoro. Væ mihi, si tacuero: si autem eis propo-
suero, dicent, imo amicis & cognatis de me conquerentur, quod patri-
cidij crimen eis impingam. Non solum de Friderico, sed de Godefrido
& Wil-

D

& Wilhelmo fratribus eius suspicio fuit, & adiecit: Ego ab hac hora
A corpus & animam meam diuinæ committo prouidentia.

Assumensque Episcopum illum in sacellum suum, solus soli cœpit
 confiteri omnia peccata sua ab ineunte ætate, cum tanto imbres lachry-
 marum, vt totum pectus eius infunderent, & cordis maculas crebris
 stillicidijs, vt speramus, diluerent. Cumque diceret ei Dominus Min-
 densis, Timeo adhuc latere in conscientia vestra, quod mihi dictum
 non sit: respondit beatus ille: Dominus scit me ex industria nihil sub-
 ticiisse. Postea tamen plenius cogitans de peccatis suis, summo mane
 in priorem locum ducens confessorem suum confessor Domini, in spi-
 ritu humilitatis & in animo contrito, quod memoria occurerat, rursus
 cum tantis lachrymis confessus est; vt in tali persona talem gratiam la-
 chrymarum Episcopus Mindensis mirari non sufficeret, & ille merito
 cum Propheta dicere posset: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei,
 quia non custodiui legem tuam. Teste eodem Episcopo, cuius relatio-
 ne hæc comperta sunt, sic sese contritione cordis coram Domino ma-
 ctavit, sic se oris confessione mundauit; tam solicite vtraque iustifica-
 tione se præparans, ac si ipsa die moriturus esset. Postea conscientia se-
 renata, confidenter ait: Modo voluntas Dei de me fiat. Ecce sic verus
 & summus sacerdos homo Christus Iesus, qui se in ara Crucis offerri
 dignatus est, hostiam propitiationis pro peccatis nostris sacerdotem
 pœnitentem pro fluuio lachrymarum suarum abluere & emundare
 voluit, vt Deo patri per martyrium offerendus in holocaustum, esset
 hostia pura, hostia sancta, hostia placens & immaculata. Sacerdotes ve-
 teris testamenti, hostias offerendas prius lauabant. Interim pulsabatur
 ad ostium sacelli, sed non permisit aperiri Dominus Archiepiscopus, eo
 quod haberet oculos ex fletu adhuc tumidos & humidos. Cumque
 pulsando perseverarent, dicerentque Monasteriensem & Osnaburgē-
 sem Episcopos ad ostium stare, postquam oculos extersit & faciem sic-
 cauit, permisit eos intromitti: quibus & ait: Vos Domini ambo cogna-
 ti mei estis: ego, sicut optime nostis, in nullò vos læsi, sed quantum po-
 tui, semper promoui, nec non & fratres vestros: Et ecce à diuersis, tam
 literis quam verbis, indicatur mihi, Comitem Fridericum fratrem ve-
 strum, quem ex animo dilexi, & cui non nocui, malum mihi machinari,
 meq; velle occidere. At illi simulantes, quod in pectore non habebat,
 pauidi responderunt: Absit hoc, Domine, absit: nihil necesse est vos hoc
 reformidare, quia nunquam ascendit in cor eius. Omnes per vos dita-
 ti, ho-

Cū multis
 lachrymis
 confitetur
 Engelber-
 tus peccata
 sua.

Psal. 118.

Leuit. 1.

Episcopis
 Fratribus
 Friderici
 indicat,
 quid ad i-
 psam per-
 latū sit de
 cæde sua.

Rependūt ei mala pro bonis dissimulatores impij. ti, honorati & sublimati sumus, & hoc quidem verissimum erat. Nam Theodericum, electus in Archiepiscopum, statim promovit in summi templi Præpositum, ac deinde in Monasteriensem Episcopum: Engelbertum verò in Præpositum S. Georgii, & postea in Episcopum Osnaburgensem: & Philippum fratrem illorum, in summa Coloniensi Ecclesia Canonicum, & thesaurarium fecit. Atque eo tempore, quo occisus est, operam dabat, vt Bruno frater eorum Præpositus fieret summæ ædis Traiectensis. Quæ idcirco commemorare volui, vt lector cognoscat, qualem ei vicem rependerint. Reuera retribuerunt ei mala pro bonis: & cum loqueretur illis & pro illis bonū, impugnabant eum gratis.

Notatio ad Caput Quartum.

Conradus Episcopus Mindensis Cōfessarius S. Engelberti. vide infra lib. 3. cap. 3.

MINDENSIS Episcopus B. ENGELBERTO ab exomologesi fuit Conradus de Diepholt successor Henrici eius nominis secundi & Mindensium vicesimi octavi Episcopi, ipse est qui Anno Domini 1213. arcem Reinenberg ædificauit, cuiusque temporibus Monasterium Vischrodt est extructum, ac sub cuius auspicijs anno Domini 1236. Prædicatores in D. Pauli Mindæ sunt introducti. Obiit anno 1238. Magnam à sera posteritate fert laudem.



Diep. hold.



Caput

Caput Quintum.

Comes Fridericus sapius S. ENGELBERTVM accedens statum eius explorat.

COMES Fridericus vt conceptam malitiam melius dissimulare posset, pro bono pacis ipsi à Domino Episcopo oblata verbotenus acceptauit, cum eo à Susato exiens, eumq; tam familiariter deducens, vt ei Episcopus diceret: Cognate, cum multa iucunditate simul ascendemus ad solennem Regis & principum conuentum, qui Nurenbergæ celebrabitur. Sciens autem Fridericus, quod postera die dedicaturus esset Ecclesiam in Swelme, oblata hac occasione, exemplo Iudæ petiit pacē Fridericus. licentiam ab Episcopo discedendi, sicque ad satellites suos rediit, eosque diuersis in locis insidias tendere iussit, quidque facerent instruxit, & omni quo potuit studio ad facinus animauit. Erat tum sexta feria post festum omnium Sanctorum, & Domini electus eodem die Sanctis omnibus per meritum passionis sociandus, ad dedicationis locum ieiunus venire constituit. Eodem autem die occurrit ei vidua quædam, super duabus causis sub diuini nominis obtestatione iudicium illius flagitans. Cuius vociferatione sacerdos Dei commotus, ne in hoc inferior videretur iudice illo iniquitatis, de quo Dominus dicit in Euan-
Luc. 18.
 gelio, quod nec Deum timebat, nec hominem reuerbatur: mox de e-
 quo descendit, & sede composita loco Ducis ad iudicandum sedens, humanita-
 super feudo, de quo vidua conquerebatur, sententiam quæsiuit & acce-
 te satisfacit
 pit. Audiens vero pro se & contra viduam sententiam esse latam, ex
 viduæ ius
 multa cordis commiseratione protulit verbum memoria dignum: En
 petenti.
 domina, inquit, feudum hoc, de quo conquereris, tibi per sententiam
 ablatum, mihi que adiudicatum est. Sed ego propter Deum, dolens mi-
 seriam tuam, id tibi relinquo. Porro alterius negotij tui ad me non
 pertinet querimonia. Simile quiddam legimus in Romana historia de
 pio principe Traiano: qui cum esset in expeditione positus, & militia
 vallatus, vidua illi vetustissima in foro occurrit, & iniuriam suam illi
 Traianus
 Imperator
 conquesta est. Cumque ille diceret se ius ei dicturum cum rediret, &
 illa responderet, incertum esse reditum eius: mox Dominus orbis sub-
 stitit, viduam audiuit & vindicauit, omnia illi restituens. Amplius ali-
 quid operatus est princeps noster. Traianus per iudicium viduæ fecit
 iustitiam: Engelbertus omne iudicium conuertit in misericordiam. Et
 quia

Hebr. II.

quia sine fide impossibile est placere Deo, si Imperator illam humanitatem exercuit zelo iustitiæ, non appetitu secularis gloriæ, poterat ei esse ad mitigationem pœnæ; quod sacerdoti Domini, eo quod esset vir Catholicus, contritus & confessus, meritorium fuisse creditur vitæ æternæ. Opus Imperatoris, cum extra charitatem factum sit, mortuum remansit; Opus vero Episcopi, quod ex charitate factum speramus, ad martyrij gloriam valde eum habilem reddidit.

Notatio ad Caput Quintum.

§. Sciens autem Fridericus quod postera die dedicaturus esset Ecclesiam.

An saluentur Episcopi Regnicolæ.

Vicarij in Pontificalibus S. Engelberti.

Schvvelma

Clericum Parisiensem, cui Episcopi Alemanniæ æternam salutem videbatur despõsuri, quod maiore sæcularis gladij, quam animarum curam gererent, refutat Cæsarius *lib. 2. dialog. cap. 28.* exemplo Sanctorum Brunonis, Heriberti, atque Annonis Archiepiscoporum Colonienfium. Nos potiori iure illi Clerico obijcimus B. ENGELERTVM nostrum, qui etiam Theoderico Heistorum, Waltero Carliolensium Episcopis demandata sua vice Pontificali, à Pontificij per se executione, neque per Imperij curas, neque per Montensis comitatus administrationem abstrahebatur. Cuius rei hæc vetusta habeo documenta, quod templa in Zarne, & Beatæ Mariæ Virginis in oppido Ruremundano, ipsemet consecravit, ac Schwelmensem sacris faciendis fuisset dedicaturus.

Schvvelma hodiè oppidum est ferraria celebre iuxta cognominem riuulum, inter Brackerfeldt, Lennepiam, Hatnegen, & arcem Wetter, profluentem; est vnus ex fundis fiduciarijs à Dicecesi Colonienfi ob exiguum acceptæ mutuo pecuniæ



datis

A datis. Nam Aspelen, Rees, Bechem, Schvvelm, & Hagen in fiduciam, & antichresin dicuntur concessa, donec septem & quinquaginta millia florenorum ab Archiepiscopo Coloniensi Marcanis Comitibus refundantur.

Vide infra
lib. 3. c. 46.

Caput Sextum.

Comes Fridericus animum suum, quodammodo prodit in itinere.

B CVM autem Episcopus properaret ad locum destinatum, Comes Fridericus circa meridiem venit ad eum, certior fieri cupiens quo tenderet, & qui vel quot cum eo essent. Episcopus illum salutatur, utque apud se pernoctaret, plurimum inuitat: sed ille non acquiescit, aliquid semper, ut prius, causæ prætexens. O cor agnium, ò oculum columbinum. Cor sine felle, oculus sine suspicione. Inuitat amicus hostem, domesticus latronem, hostia carnificem. Comite recedente, & pontifice procedente, tempus adest vespertinum. Vesperis vero dictis, rursus adest Comes. Eum cernens eminus Conradus Comes Tremonia, ait ad Episcopum: Domine, creber Comitibus huius accessus & recessus mihi multum est suspectus. En nunc tertio venit, & non, sicut ante, in palefrido, sed in dextrario. Consulo vobis, ut & vos dextrarium vestrum ascendatis. Cui ille respondit: Hoc nimis esset notabile. Non enim timeo: quia non nocui illi. Cumque appropinquaret, viderunt vultus eius colorem penitus immutatum. Heu quam difficile est, ut quidam ait, crimen non prodere vultu. Cæpit autem eum alloqui Episcopus, & dicere: Sciebam cognate, quod tandem maneres mecum: sed ille nihil respondit, conscius ipse sibi: pergebantque simul. Ea causa quidam tam ex Clericis, quam ex militibus suspicione territi, ab illorum se comitatu subdlexerunt. Magna vero pars Episcopalis familiae cum comitis iam dudum ad hospitium præparandum præcesserat, & pauci cum pontifice remanserant. Sole properante ad occasum, hostia cum immolante properat ad aram, ut fieret Domino sacrificium vespertinum, quod dignius erat in lege. Passus est Christus sexta feria, hora sexta, scilicet in meridie, ut declararet se mediatorem esse Dei & hominum: Engelbertum vero pati voluit eadem feria, sed in fine diei: ut ostenderet eum per bonum finem, non per præcedentem vitam, coronatum.

Fridericus comes eius iter explorat.

Non caue sibi ab insidiis Friderici.

Leuit. 3.

Per caudam hostiæ, bonus finis designatus est in lege. Hostiam sine cauda offerre non licuit: neque Deo vita bona sine bono sine placebit. **A**
 Sciens scriptum beatus ille, Qualem te inuenero, talem te iudico: maxime à religiosis expetere solebat, quatenus ei finem bonum suis orationibus apud Deum obtinerent: quod & factum est eo, quo iam dicemus, ordine.

Notatio ad Caput Sextum.

B. ENGELBERTVS horas Canonicas non negligit in itinere.

In manuscriptis hoc caput à præcedenti non distinguitur. **O**bseruatu dignum est, quod **B. ENGELBERTVS** in itinere **B** & precum horariarum pensum accurarit, & in comitatu suo Clericorum duxerit multitudinem.

§. Comes Tremonia.

Tremonie-
sis comita-
tus.

*Bertius in
comm. rerū
Germ. lib. 3.
in Tremonia.*

Rēpublicā Tremonieſem olim pro Imperatore Comes seu Regius vicarius vniuersam administrabat cum consilio Borchmā norum, id est Castrensiū ex antiquæ nobilitatis Familijs: Quæ Comitum Tremonieſium dignitas licet antiquitus à solā Regum beneficentiā penderet, ex quo tamen à domo Saxonica Imperii dignitas translata fuit, Cæsaresq; rarius in Westphalia versabantur, ita hæreditaria esse cœpit, vt Comitum successores clientelæ seu feudi nomine eam ab Imperatore acciperent. Sed postmodum à Conrado Comite anno 1343, vt docent venditionis ipsius tabulæ, alienatio à maioribus ipsius facta, sub certis legibus rata est habita, atque in Senatum Comitatus medietas translata est, ita vt magistratus & Comes diu admodum partitam æqualiter

**C****D**

A qualiter iurisdictionem exercerent, donec Ioannes Steckius, * hereditario habet Bertius.
 iure * dotali acquisitam ab Lindenhorstiorum familiâ, alteram comitatus medietatem cum iure gladij senatui Tremoniensi venderet, unde totius liberi comitatus, seu **VRIGRAVIATVS** administratione & curâ hodie proconsules ibidem vtuntur. Hanc in Senatum Comitatus translationem Maximilianus I. Imp. Anno 1504. Regio suo diplomate confirmauit, ratamque habuit.

B
Caput Septimum.

Martyrizatur B. ENGELBERTVS Archiepiscopus.

CIRCA crepusculum ventum est ad locum insidiarum, & ecce Comes enormitatem concepti facinoris considerans & abhorrens, dicere cœpit ad suos: Væ mihi misero. Quid est, quod facere volui, ut Dominum & cognatum meum occiderem? Sed mox illi, quos ipse iam ante flatu Behemoth succenderat, cum rursus inflammantes, adeo ad facinus instigauerunt, ut instar colubri venenum, quod ad breue tempus euomuerat, ardentius resorberet & resumeret: statimque cum Heriberto de nece Episcopi tractans, voluntatem suam ei exposuit. Ille confestim, ut edoctus fuerat à fratre suo Dapifero, assumpto secum Heriberto de Suueren, Dominum Archiepiscopum præcesserunt, & cum in ascensu montis esset, Comes ait: Domine, hæc est via nostra. Cui Episcopus respondit: Dominus nos custodiat. Non enim sine suspicionem fuit. Tunc parum expectans Comes, alios famulos post eum misit, præcipiens eis, ut Heriberto assisterent in eo, quod ille moliturus esset. Cumque iam concauam viam, quæ in summitate duabus hinc inde semitis cingebatur, Dominus Episcopus ingrederetur, præmissi serui Comitis cum tanto strepitu aditum præoccuparunt, ut etiam ipse Pontifex, sicut hodie testis est Cellarius de Hemmerode, turbatus miraretur. Alij à dextris, alij à sinistris gradiebantur, quidam verò retro cum Comite insidias obseruantes, sequebantur. Tunc Heribertus signum eis dans, qui in latebris erant, tam horrificum edidit sibilum, ut non modo homines proditoris ignari, sed etiam equi, quibus insidebant, stuperent. Mox ij, qui præcesserant, extractis gladijs reuersi sunt.

Id ubi conspexit miles quidam, qui inter illos & Episcopum erat, territus clamavit: Domine, ascendite cito dextrarium vestrum, quia mors in ianuis est. Ducebatur enim dextrarius à tergo eius à nobili adolescente de Hemirsbach. Videntes autem famuli Comitum, quod dextrarium ascendisset, obiecerunt se ei, & vnus ex illis vulneravit eum grauius in crure, nullo eum defendente, excepto milite Conrado de Tremonia, qui districto ense Heriberto Rinckore se obiecit, quem tamen is Heribertus anteuertens, dire in fronte percussit: & cum se ab illo Conradus auerteret, alio ictu inter scapulas eum vulneravit. Atque hic est ille Heribertus, qui paulo ante Dominum Episcopum præmonuerat, vt si secus, quam ipse sperabat, res eueniret, excusare se posset. Vt autem viderunt hæc illi, qui erant cum Episcopo, omnes relicto eo fugerunt: & impletum est in illis, quod per prophetam de capite nostro scriptum est. Percutiam pastorem, & dispergentur oues. Quid post hæc de illo gestum sit, tum propter suorum fugam, tum propter imminentem noctem plene sciri non potuit. Sed ecce nura Dei actum est, vt Comes Fridericus ab Vrbe rediens, Coloniam captiuus adduceretur, ex quo martyrij eius ordo modusque cognitus est. Is enim facinus suum palam confessus, parricidij reos nominatim expressit, etiam fratres suos de reatu accusans. Captus est cum eo, & milite quodam, Tobias notarius eius: qui in vinculis positus, ad preces quorundam Canonicorum, qui me ad scribendum amplius sollicitauerunt, vt verius scribi posset, quæ admodum & à quibus occisus esset Episcopus, spe consequendæ veniæ manifestavit, Deum testem adhibens, se vera dixisse, prout ipsius Comitum in agone, & aliorum nefandorum Romæ confessio patefecit. Vt ergo Tobias ille scripsit, cum Dominus Episcopus in via concaua positus adhuc esset, satellites præire iussi, tanta vi arrepto freno dextrarium eius verterunt, vt frenum ei è manibus extraherent: cumque ex vtraque parte alio diuertere non posset, quod via arcta & concaua esset, per mediam illam fugere cœpit. Iis autem eum insequentibus, Ioachim dextrarium eius in femore vulneravit: & cum ex neutra parte in via eum antecedere possent, Heribertus extra viam cum equo exiliens, in acutissima semita, sicut ipse confessus est, eum præueniens, per capitium arripuit, & eum ex latere ad se inclinans, secum in terram traxit. Sed mox violenter surgente B. Episcopo, quia fortior illo erat, extra viam in rubum fugit solo Heriberto per fimbriam cappæ illi in hærete, cumq; clamorè in rubo Comes audisset, propius accedens, clamasse dicitur: Apprehendite

Primū vulnus in crure accipit.

Aulicis^m Mundi.

A suis deseritur.
Zach. 13.

Tobias notarius totū martyrij ordinē pandit.

* fortè acutissima.
* msc. per capitium cappæ

- A** dite & tenete eum, quia fortior nobis efficitur vir. Cumque verba supplicationis ederet Episcopus & diceret, Sancte Petre, quid mihi impurant homines isti? frendens Fridericus ait: Cædite latronem, cædite qui & nobiles exhæredat, & nemini parcat. Tunc Giselbertus videns Heribertum chlamydi eius inhærentem, ocyus descendit, & furibunde accurrens, primum vulnus capiti eius infixit, secundo ictu vibrans ferrum, manum eius, vt puto amputauit, corpusque eius gladio transfixit. Tobia sunt hæc. Eadem hora Iordanus, qui ab eo proscriptus fuerat, superueniens, maximum vulnus capiti eius imposuit, quemadmodum in Isenburg iactitauit, semel atque iterum dicente Episcopo: Eheu, cheu. Tum seorsum eum inclinantes, Heribertus primo cultello eum perfodit, Comite, vt aiunt, eiulante & clamante: Heu me miserum: nimium est. Cum autem Giselbertus caput ei præcidere vellet, à Godefrido, quem Comes ad prohibendum miserat, per capillos abstractus est. A quercu autem, vbi primo cædi cœperat, vsque ad locum, vbi detractus est & extractus, vbi hodie super martyrium eius sacellum fabricatum est, vix decem passus distant. Vbi super eum velut canes rabidi ac famelici, filij perditionis congregati, cultellis acutissimis ad hoc præparatis sic totum corpus eius perfoderunt, vt à vertice vsque ad plantam nulla pars corporis à vulnere vacua remaneret, ita vt dicere posset cum Propheta in persona Christi, cuius membrum effectus est pro iustitia moriendo: Circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me, &c. Porro vnus ex eis, instar eius qui latus Domini lancea aperuit, fertur eum sub pede incidisse, exploraturus an extinctus esset. Deinde ad equos suos singuli reuertentes, ad Comitem conuenerunt, corpore Episcopi in terra relicto. O cæcam temeritatem ô furorem mille mortibus plectendum, ô rabiem non hominum, sed belluarum, quæ non est verita tam audacter, tam crudeliter, tam viliter & indigne occidere Christum Domini, sacerdotem Domini, pontificem magnum, & non qualicumque pontificem, sed pontificum patrem Relinquit ac principem: & quod magis terrere debuerat, Ducem fortissimum, & tur corpus Romani Regni tutorem. Patrato tanto parricidio, homines malo dæ-tanti viri mone pleni cum suo Comite, imo totius malitiæ fomite recedentes, ab impiis Domini sacerdotem, ac si vnctus non esset oleo, liquerunt in sterquilino. Miles autem quidam Leonus nomine, qui i li adhæserat, cum primum detentus, & vulneratus fuit, Henricum Cellarium de Hemenrode, qui paulum præcesserat, subsecutus, ait ad eum: Heu Domine Cellarie,

Horrendū
in modum
trucidatur.

Innumeris
vulneribus
conficitur.

Psal. 21.

Ioan. 19.

larie, quid faciemus? Dominus noster Archiepiscopus grauiter vulneratus est, & à Comite Friderico captiuus abductus est. Cui ille, supra A quam credi potest turbatus, respondit: Pium est, vt reuertamur & videamus, quid circa illud agatur, vel quorsum abducatur. Cumque simul reuersi essent ad locum cædis, audiunt clamores carnificum illorum in nemore errantium. Erat enim nox, & cum vndique circumspicerent, offenderunt corpus martyris extinctum, confossum, ipsoque Diploidem adspectu nimis horrendum. Valde igitur consternati, suadente Cellario, ne à feris corpus exanime, si illic nocte remaneret, indigne attreretur, abeunt ad proximas ædes, atque inde bigam stercorariam, qua illa die simus euectus fuerat, adducunt: & ecce corpus clarissimi principis, quod ex parte vestitum reliquerant, pene totum reperiunt nudum, B Est vestis proxima subuculæ. Nam præter femoralia & subuculam, quæ collo eius adhærebat, nihil ei reliquerant: diploidem vero & pileum eius iuxta corpus inuenerunt. Quæ omnia ita erant sanguine infecta & dilacerata, vt tanquam nulli vsui accommoda spoliatores illi neglexerint. Per quæ tamen hodie multi sanitatis beneficia consequuntur. Cellarius vero & miles cuiusdã temeritas punitur à Deo. atque eleemosynarius corpus tollentes, & linteamini inuoluentes, vehiculo imposuerunt. Cumque Suuelme illud perduxissent, & in Ecclesia ponere decreuissent, non permisit sacerdos, contaminationem basilicæ prætexens, cum potius sanguine martyris dedicaretur. Sed propter hoc & alia quædam, quibus martyris gratia se indignum reddidit, vsque hodie satis grauiter in suo corpore diuinitus flagellatur. Attamen positus est in eadem domo, in qua pernoctare & comedere proposuerat sacerdos Dei viuus, duæque candelæ dedicationi præparatæ illic collocatæ sunt, vna ad caput, altera ad pedes. Cum autem inter se vigilias noctis partiti essent, & Cellarius vsque ad mediam noctem corpori assideret, precesque horarias beatæ Dei genitricis & Virginis Mariæ lectitaret, sicut hodieque testis est, nunquam aliquid horroris ex contactu illius, vt de cadaueribus occisorum fieri assolet, passus est. D Haud dubium quin ex præsentia sanctorum Angelorum gratia hæc extiterit, qui apud corpus martyris cœlestes excubias celebrabant. Fuerat autem Henricus Cellarius ante conuersionem miles, & tanto fortasse ad huiusmodi opus expeditior & audacior, quanto assuetior.

Nota-

A Notatio ad Caput Septimum.

HOrrendum Friderici facinus nostrique Martyris extremus agon hoc capite describuntur; Erat eius tragœdiæ catastrophe, quondam iuxta sepulchrum Beati viri in pariete depicta; sed nunc excitato nouo altari, est oblitterata: quam his ferè verbis vbique seruatâ verborum ipsius vi, Godefrius monachus repræsental. Ipso, inquit, anno 7. Id. Nouembr. ENGELBERTVS venerabilis Coloniensis Ecclesiæ
B Archiepiscopus, Pater nostræ Patriæ & decus Teutoniæ, heu, à Comite Henburg cognato suo miserabiliter trucidatur; quod ab ipso Archiepiscopo regni Diœcete & pro Imperatore Germaniæ gubernacula tenente, Comes prohibitus fuisset Regalem Ecclesiam in Essen, cuius idem Patronus seu Aduocatus erat, violenta oppressione lacerare, hominesque dictæ Ecclesiæ durissimis angarijs & perangarijs affligere; ob frenum hoc suæ tyrannidi iniectum, Comes Archiepiscopo necem machinatus; à multis (vt fertur) instigatus nobilibus, quorum superbiam fortissimus Præsul reprefferat, inque acerba concursatione, ductis secum XXV. scutarijs, seu sicarijs ad tantum scelus expeditis, obseruauit Dominum Archiepiscopum Susato opido Westphaliæ Coloniæ reducem nihil mali suspicantem; huiusmodi enim suspicionem neglectis illius per literas denunciationibus paucis ante diebus factis, & animus Principis Heptaboëus & sanguinis cum Comite coniunctio depellebant. Obseruatum igitur tempore oportuno & loco haud procul ab oppido Svelmensi, *de quo supra*, Præsulem Comes præsentibus suis Consiliarijs & conspiratis circumstans, latere eius perfosso à scelerato Sicariorum globo, ad internecionem rapi iubet, qui in eum strictis irruens gladijs & pugionibus XXXXVII confossum vulneribus ipsum exanimauit. Qua re peracta recepit
 T sc

se Comes cum suis in Castrum Isenberg. Nobile vero corpus Martyris iacebat humi desertum, ab omnibus, nam tota fa-^A milia tam inopinato conterrita scelere aufugerat, præter vnum seruulum, qui solus corpus Domini custodiebat. Sub noctem duo loci illius indigenæ corpus biga deuectum reposerunt in Ecclesia Svvelmensi, quam ipse proxima Dominica erat consecraturus, quapropter ipso neeis suæ die, omnium peccatorum suorum exomologesin fecerat. Funus altera die ad cœnobium Bergense elatum, fletibus Religiosæ illius familiæ fratres sunt profecuti, atque aromatibus con-^B ditum vigilia sua tanquam custodia ad funales cereos psallentes munierunt. Ex fratribus quidam Angelos accinuisse inaudierunt; alii eadem hora secundum quietem Martyr visus est testari, se pro iustitia triumphalem martyrii lauream meruisse. Intestina eius ibidem subleuata sunt. In S. Martini peruigilio Colonia tota cum Clero & populo obuiam effusa, manantibus oculos lachrymis, pretiosum martyris corpus in urbem delatum, & glorioso conditum loculo in D. Petri Ec-^C clesia collocavit.

Ad tumbam eius quotidie miracula percrebescabant, & virtutes: ægris sanitas ex toto restituebatur. Vnde omnium existimatione & fiducia martyrii decora videtur abstulisse. Iudex enim & æquitatis amans & strenuus Patriæ atque Ecclesiarum Dei defensor pro earum occubuit defensione.

Quæ de conciliata pace ac castri Thurinensis ad Ecclesiam, accessione^D
hic referuntur. à Godefrido, vide supra lib. I. c. 5. pag. 84.

Cognita ENGELBERTI nece Henricus Comes Svverinensis fidem de cessione in iure Regi Daniæ datam mutauit ac fefellit, ipsum Regem sub certa conditione seu pacto acceptis obsidibus & magna numeratæ pecuniæ vi liberum in suos lares inuiolatumque dimisit:] *Godefrid.*

Labitur hic Chronicon Eluagense quod ad ann. 1226. vult
Contra-

A Conradum natione Svveum de Pfullingen Episcopum Coloniensem miserè à Comite de Altenach interemptum, cum Conradus non Episcopum Coloniensem, sed Legatum egerit Apostolicum nec ictus à Comite in Altenach occubuerit.

B Locum in quo S. Archiepiscopus in insidias delapsus occisione perijt Geuelsberg, maiorum nostrorum pietas nobili cœnobio Puellarum Ordinis Cisterciensis decoravit, quæ deplorando hoc sæculo licentia deteriores in hæresim prolapsæ sunt; Ipsa loci profunditas seu depressio insidiis aptissima adhuc hodie ostenditur. Collocatam illic S. Martyris statuam iusto viro altitudine superiorem temporis longinquitas non deleuit



Geuelsberg monasterium.

SS. Eucharistiæ tabernaculo hæc verba leguntur inscripta:

C Anno Domini Millesimo Ducentesimo..... quinto septimo Idus Nouembris obiit hoc in loco venerabilis Pater & Dominus ENGELBERTVS Colonienfis Archiepiscopus qui hic magnis miraculis clauit.

D Supra sacrarij fores hi versus scripti oculis perleguntur:

Quis tua templa Deus tua nunc tentoria
dignus


In Colet? en VI tæ Ma CVIIs non oblitVs 1225.
VIIIs.

T 2

Inter

§. Cultellis acutissimis ad hoc præparatis. A

Vera species
quarundam
reliquiarum
in Geuelsberg.



Inter reliquias longo tempore asseruarunt inauratum Martyris pectinem, pocillum quoque, calceos mulleos, vestes aliquas atque ex occidionis instrumentis pugionem, C quæ pleraque aduentu militis Hispani Hatnegiam vicinæque loca occupantis perierunt. Optandum esset Deus Principum SANCTI ENGELBERTI consanguineorum animis instillaret, vt cœnobium Geuelsbergense veteris Religionis cultui redonarent.

Hemmersbach.

§. A Nobili adolescente de Hemmersbach.

Castri Hemmersbach meminit Cæsarius lib. 10. dial. cap. 7. quod in Harreim pago propius abest à Bottenbroch cœno. D bio, nunc à Nobilibus de Vercken dominatu tenetur.

Caput Octauum.

Quod corpus eius in Monasterium Bergense delatum miraculo non caruerit.

MANÆ martyris corpus currui impositum est: cumque illud deducerent, plures ex familia Episcopi, qui timore mortis dispersi fuerant,

A rant, deducuntibus adiuncti sunt, Venientibus autem ad nouum castrum, quod beatus Episcopus suis expensis ædificauerat, cum intrare uellent, ut illic corpus lauarent & componerent, negatus est introitus, timore, ut æstimo, Henrici nunc Comitis de monte. Sed Randolphus Prior Montensis cœnobij, ante castrum illis occurrit, eoque duce ad monasterium festinatum est. Cumque appropinquarent monasterio, fratres cum Cruce & thuris suffitu eis obuiam processerunt. Corpore sacro in feretrum de curru deposito, quidam è senioribus Henricus nomine, nunc eiusdem monasterij prior, lintheamen de capite martyris remouit, vultum eius cruentum & confractum fratribus ostendens. Quo

B viso, lachrymati sunt valde, tam dilecti patris morte, & tali morte plurimum consternati. Specialiter enim ille dilexerat Montense cœnobium, utpote ab eius proauis fundatum. Henricus vero cum ob cruris infirmitatem vno pede nutaret, cogitans beatum virum à nocentibus innocenter occisum, brachium eius nudum nuda manu tetigit, & plena fide eandem benedictionem ad crus nudum transmittens, gradum pedis vacillantis roborauit. Nam sicut ab eius ore nuper audiui, ipsa hora cœpit lenius habere, & gradatim proficere. Deinde cum vocibus lachrymosis corpus in oratorium illatum est, & eadem nocte quibus-

C dam fratribus mirificæ visiones de gloria martyris in somnis oblatae sunt. Postea magno studio corpus eius in cœnobio lotum & cuiuscœratum est, myrrhaque & sale conditum, & vestibus sacerdotalibus decenter indutum. Numerata tum sunt in martyris corpore quadraginta septem vulnera, exceptis paruis punctiõibus: nec hoc sine sacramento. Nam quadragenarius numerus est pœnitentiæ: septenarius vero, spiritualis gratiæ. Accepit igitur Christi martyr quadraginta septem vulnera, ut ijs significaretur per cordis pœnitentiam & oris confessionem accepisse eum septiformem gratiam Spiritus sancti, cuius dono perductus est ad martyrij gloriam. Nulli dubium est, quin vera contritio & vera confessio deleat peccata quoad culpam, & satisfactio exterior pœnam, ita tamen, si contritio sit sufficiens. Quæ vero satisfactio dignior & efficacior martyrio? Nulla profus. Duo sunt, per quæ plena fit remissio, mediante contritione in adultis, baptismus aquæ & baptismus sanguinis. Vtroque satisfecit Deo beatus Engelbertus. Quicquid Martyrii, enim macularum post primum contraxit, secundo, ut speramus, totum baptismus diluit. In omnibus siquidem membris, in quibus peccauerat, punitus sanguinis est: In capite quidem multipliciter, sicut apparet in eius pileo, scilicet dicitur.

D

Honorifice à fratribus Montensis cœnobij, corpus martyris excipitur.

Innocerer, pro immerito.

Miraculū. Visiones de gloria eius.

Nota, corpus eius quadraginta septē vulneribus confosū.

in vertice, in fronte, in occipite, in temporibus, labiis & dentibus, idque tam grauitur, vt riuuli sanguinis inundantes & decurrentes fossas oculorum, aurium, narium & oris implerent. In guttore etiam punitus est, itemque collo, humeris, dorso, pectore, corde, ventre, coxis, cruribus & pedibus: vt cognoscas lector, quali baptismo Christus in martyre suo diluere dignatus sit, quicquid culpæ contraxerat.

Notatio ad Caput Octauum.

QUæ sequuntur in Suriana editione omiffa ex manuscriptis supplementis.

Sicut testis est magister Ioannes Abbas Sancti Trudonis, proposuerat ante mortem suam Beatus Martyr renunciare negotiis regni, & pro peccatis suis cruce signari atque personaliter transfretare: nam circa illud tempus quo in Episcopum electus est, signatus fuerat, sed propter necessitatem communem detentus Domino HONORIO Papa dispensante, pro se milites misit, cum sumptibus magnis. Certe, certe non sine causa ad gloriam Martyrij peruenerit.

Monasteriū veteris Montis.


B. Euerardus de Altena.

Deinde aduerte Montense Monasterium ab ipsius maioribus, Adolpho nimirum Comite in Altena, efflagitatu fratris sui Euerardi extractum & dotatum. Euerardus enim ex conflictu saucius, in terras disunctas profectus, tandem subulcum egit, vbi à suis prætercūtibus agnitus, ad Religiosam Cisterciensium familiam confugit in Morimundum. Ex quo cum suos Abbatis permiffu iret inuisum, à fratre suo Adolpho

Apho castrum Aldenberg cum plurimis agris obtinuit, vt inde nouum strueretur monasterium & ditaretur. Quæ omnia accuratius ex monumentis eius cœnobij & manuscriptis notauit, Chrysoftomus Henriquetz. Adolphus, *inquiens*, & Euerhardus Comites de castro Altena cum essent in expeditione Ducis Limburgi contra Ducem Brabantia, contigit vt in conflictu amborum Ducum ex vtraque parte multi cadèrent interfecti; vnde Euerhardus iam dictus Comes, licet manu propria nullum interfecerit, tactus dolore maximo cum se in castro suo Alzena, cum suis militibus recepisset, compunctus de peccato perpetrato, vt Domino Deo satisfaceret, habitu mutato, omnia sua dimittens, intempestæ noctis silentio, clam ne agnosceretur in vili habitu recessit in multa cordis compunctione Beatorum Petri & Pauli limina visitauit; insuper limina S. Iacobi: demum veniens ad S. Ægidium in reditu, peruenit ad grangiam Morimundo pertinentem, in qua multo tempore pro mercede promissa exitit porcorum Pastor, vt animam suam Domino lucrifaceret, Suæ Generositatis omnino obliuiscens. Interea contigit, vt duo ministeriales sui ad S. Ægidium iter facerent, & Grangiam in qua dictus Comes porcos pascebat præterirent, qui quendam secum habentes Histriorem, vt de via C inquireret imperabant, qui cum in vicino nullum conspiceret, videns porcorum Pastorem propter præceptum Dominorum suorum ad illum ocyus properabat, rogans vt de via eum diligentius expediret. Histrio verò curiosius eum respiciens, cicatricem in facie sua considerans Dominum suum Euerhardum Comitem æstimabat, quia dictus Comes in conflictu prænominato talem cicatricem receperat. Qui rediens ad Dominos suos ea quæ viderat sollicitè enarrauit dicens: Dominus meus Comes Euerhardus istius grangia pascit porcos, qui propter incredibilia, quæ loqui videbatur ipsum acriter arguebant: tandem ad Pastorem venientes, si ipsorum esset Dominus sicut ab Histriore intellexerant, diligentius sermone Teutonico perquirebant, ipse vero eos agnoscens, ne ab ipsis agnosceretur Gallicè respondebat; & pœne simili euentu sicut Ioseph se fratribus suis in Ægypto manifestauit, ipse cognitus est ab eis, qui cum essent milites equis descensus in collum Domini sui irruentes, eum multo desiderio & amore amplexantes, flendo præ gaudio sibi osculum porrigebant, & secum grangiam in qua porcorum Pastor erat intrauerunt, per omnia rem gestam magistro grangia

expo.

exponētes. Magister grāgiā audiens rē sibi incredibilē nocte cōsurgens ad claustrū citius pergēs, rei seriē sicut audierat Abbati suo per omnia enarravit; de quo Abbas nimīū admirās manē factō secū Priorē & Celerarium suū venire fecit & omnia veraciter quæ magister Grangia sibi retulerat, ab ipso Comite & à suis militibus qui casu aduenerant intellexit: tunc Abbas videns eum diuino spiritu agitari consilium dedit pro peccatis suis, vt in Morimundo habitum indueret Monachalem, qui consensit pro eo quod literatus erat, secum in Morimundo peruenit, & feruentissimus inibi factus Monachus processu temporis diuina gratia inspirante, vt ordinem Cisterciensem largiter propagaret ad laudem & gloriam nominis Dei eiusque sanctæ Genetricis Mariæ petita Abbatis sui licentia & obtenta, fratrem suum Comitem Adolphum perrexit visitare. Frater vero suus Comes Adolphus inter cætera loca sua, audito fratris consilio salutari, quia maxime eum diligebat, castrum Aldenberg cum multis possessionibus sibi ad petitionem suam tradidit, ad cœnobium nostri ordinis construendum, proinde multum exhilaratus, gratias Deo persoluens, quia ita suæ fuisset congruum voluntati, venit ad Thuringiæ partes visitare consanguineos suos, Nobilem videlicet Zizonem Comitem, & Gisellam Comitissam coniugem suam, &c.] *Hæc Henriquetz.*



Denique obserua ad eius deprecationem miraculo restitutam sanitatē cruri affecto Henrici Monachi viri admodum Religiosi vitæque sanctimonia excellentis, ac Beatorum numerum obtinentis, quem diuinitus in religiosorum familiam adoptatum tradit Cæsarius *lib. 7. dialog. cap. 8.* Menologium vero, Cisterciense ad diem 17. Decembr. ita breuiter vitam eius perstringit,

In ve-

A In veteri monte Beatus Henricus Monachus, qui cum esset Canonicus S. Cuniberti nimiumque sæculi vanitatibus deditus, auditâ voce è cœlo elapsâ, & à Beatissimâ Virgine per visionem admonitus, mundo eiusque concupiscentijs valedixit & assumens habitum Cisterciensium in Bergensi cœnobio multis & admirandis virtutibus clarus effulsit, magnaque sanctitatis opinione relictâ foeliciter obdormiuit in Domino.

Caput Nonum.

C

Corpus eius cum mœrore Coloniae suscipitur.

FERIA secunda pontificis corpus Coloniam perducitur, & ad gradus Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis, cum mœrore totius ciuitatis excipitur. Quantus tum illic fuerit gemitus, dolor, planctus Clericorum, clamor & ululatus eorum, qui erant in ministeriis, plebis diuersi sexus & ætatis quanta vociferatio, pastoris sui mortem deplorantium, probitatis eius insignia commemorantium, & Friderico mille mortes imprecantium: nullius vox dicere, nullus stylus conscribere sufficit. Præferatur feretro interula, martyris sanguine purpurata, quæ ad commiserationem mouit vniuersos. Nec mirum, si Colonia tanto pastore viduata planxit. Erat enim ille maxima columna templi, honor Cleri, inter proceres regni formosissimus, patriæ pater, & vt breuiter dicam, speciale decus sui temporis. Tam autem fidelis fuerat Ecclesiæ sibi commissæ, vt quodam tempore vni è ministris suis dixerit: Non in tam sollicitus es, vt liberis tuis, quos vnicè diligis, amplam relinquas hæreditatem, quam ego sollicitus sum, vt beatum Petrum & Ecclesiam eius hæreditate ditem. Reipublicæ quoque tam fuit utilis, vt neque corpori, neque

V

neque

neque expensis parceret, modo prodesset multis. Deportatur inde corpus martyris per curiam Episcopalem cum lachrymis multis, cum **A** Crucibus & thuribus in domum beati Petri, ibique deponitur, multaque ei beneficia per multos dies tam in Missis, quam in Psalmis more Christiano impenduntur. Diu enim in illa Ecclesia mansit corpus inhumatum, quod per futurum antistitem primores, & qui ministerijs **B** fungebantur, illud conuentui principum presentare, & de percussoribus eius conqueri statuissent sicut & factum est. Ea enim causa sacrum corpus coquentes carnes ab ossibus separauerunt. Sicut autem testantur qui aderant, ita martyris caluaria gladijs cadentium contracta & comminuta fuerat, vt de caldario corpore extracto, particulatim vix **B** posset coniungi. Cum tristis rumor occisi pontificis Ecclesiam perturbasset, Dux Walramus de Limburg socer comitis Friderici dolorem super dolore eius addens, tertia die a caede eius, antequam corpus eius venisset Coloniam congregato milite copioso & multis rusticis, **C** castrum Valantiam, quod beatus vir ad munimentum terrae non longe à castro Rodensi, maximo sumptu aedificauerat, absens obsedit, & post paucos dies cum magno suorum tripudio deiecit. Nam propter Episcopi repentinum interitum, & Walrami improuissimum aduentum, qui in **C** castro erant, propter penuriam annonae, armorum, & propugnatorum, hostibus se dediderunt. Walramus vt a facto excusare se posset, sicut & fecit, praesens adesse noluit: sed fratrem suum Gerardum cum filio Walramo ad castrum destruendum misit. Aiebat enim in suam ignominiam illud extructum: Gerardus vero, qui in castro diruendo multum feruebat, eodem die, quo solene tricenarium eius, qui castrum extruxerat, agebatur Coloniae, vita priuatus, in Wassenberg sepultus est. Eum post quinque menses frater eius Dux Walramus securus, eandem viam vniuersae carnis ingressus est. Post cuius mortem dum filij eius Walramus iunior & Comes Henricus, graui admodum infirmitate correpti, **D** satis vexati sunt, nec adhuc plene conualuerunt. Causam vero tum mortis illorum, tum horum malae valetudinis Deus nouit.

Notatio ad Caput Nonum.

Pietas Germanorum
erga Deiparam.

§. Ad gradus Ecclesiae Dei Genitricis.
Ecclesia B. Mariae Virginis ad gradus, cuius hic & alibi facta est mentio, inde appellatur, quod Coloniae sicut Moguntiae

Aguntia & Treuiris, ad introitum Metropolitanæ Basilicæ ex veterum Germanorum in Deiparam pietate, quasi continens sit, atque inter gradus ædificata à B. Annone, qui eam suis auxit facultatibus; vt testantur literæ ab ipso sub annum Dominicæ Incarnationis 1065. Episcopatus sui octauum 4. Kalend. Augusti datæ: Quam breuis, *inquientes*, & transitoria est



Ecclesia B. Mariæ Virginis ad Gradus.

B præsens vita, attendendum est summo perè his, qui in multis offenderunt, vt in futurum sibi refrigeria qualiacunque prospiciant, & tanto studiosius, quanto amplius se offendisse meminerunt. Vnde ego recolens me mandata Dei sæpius neglexisse, Genitricem eius mihi precatricem parare decreui, dum in honore eius ædificarem Ecclesiam quam Pius antecessor meus Hermannus, si mors non præuenisset, suis sumptibus disposuerat ædificandam; quatenus ibidem seruietes Ministri Dei iugibus votis ipsi S. V. MARIÆ MATRI DOMINI NOSTRI IESV CHRISI supplicarent, Vt pro peccatis Nostri, Antecessorum, Successorum quoque Nostrorum interuentrix existeret & pœnas culpis Nostri debitas pia prece remoueret. Huic itaque Ecclesiæ iam Christi nomine ædificatæ contulimus &c.]

Vnde quis olim D. Virgini habitus fuerit honor colligere licet.

Hic Agrippinæ quoque in gradibus B. M. Virginis sodalitas congregationem à spherulis prelatorijs seu rosario nuncupatam ætate præcurrit, vt docet Ioannes Bonifacius *lib. 32: historia Virginalis cap. 14.* atque in vita S. Annonis Surius in *cap. 29.* Syvelmensis etiam Ecclesiæ, quam B. Archiepiscopus ENGELBERTVS consecraturus sanguine suo purpurauit, accessio facta est sodalitiæ Mariano, vt ex literis Sigivvini Anno 1085. datis *in Metropoli Coloniensi* docebo, hinc mihi persuadeo, authoribus Canonicis ad Mariæ gradus & Syvelmam fuisse dedicandam & sacrum penes ipsos cadauer repositum.

§. Quam ego sollicitus sum vt Beatum Petrum & eius Ecclesiam hæreditate ditem. ^A

S. ENGELBERTUS in gentem districtum diœcesis Colonien- si adiecit.

Capite quinto libri superioris comparauit Cæsarius Sanctum Nostrum Brunoni Ducatu sedem Coloniensem augenti, sic enim & accessio ad Diœcesin, Sancto Nostrum antiquissima fuit cura. Testantur id literæ Urbani Pontificis Maximi anno 1262. à Pontificatu vero suo secundo, 6. Id. Ianuarij in vrbe vetere datæ, referuntque ENGELBERTVM fel. record. Colonienf. Archiepiscopum à Mechtilde Henrici Comitis Seinenfis vidua, qua precio, qua benignitate & munificentia acquisiuisse & recuperasse, clientelares fundos seu feuda videlicet, *de VVide, de VVindeck & Rinnenberck, castra de Linsa, & Lupstorp, de Nevenstat, de Assach, de VVinthan, de Gilstorp, & de Sechtune villas, cum vasallis, fidelibus, ministerialibus, hominibus, seruis, pratis, VViltbannis, Nemoribus cæterisque suis attinentiis, nec non nouo castro sito in Parochia Brettpach cum pertinentijs suis aliisque villis eiusdem Parochie.*] Hæc Virbanus. ^B ^C

Caput Decimum.

Quod Ludouicus Rodensi apparens pœnas occisorum suorum prædixerit.

Apparet Episcopus sacrificati.

SEXTA illa feria, qua castrum fuit euersum, septenarium martyris agebatur. Cuius rei gratia sacerdos quidam, Ludouicus nomine, regularis Canonicus S. Gabrielis in Rode, eiusdem vocabuli castrum vicinum pro anima martyris Missam celebraturus ascendit. Cumque dictis secretis, post Sanctus, Canonem inchoaret, ecce sanctum Episcopum pontificalibus indutum, vultu hilari, sacro altari ad stare videt: & cum Crucis signa exprimeret super panem & calicem, beatus pontifex per totum Canonem sacerdoti se conformans, eodem modo & iisdem vicibus sancta consignauit, dexteram eleuans. Cum autem ventum esset ad eum locum, vbi defuncti nominantur, & eum sacerdos nominasset, ^D

minasset, expleto sacramento, ait illi Episcopus: Frater, non est necesse, vt inter mortuos me nomines. Sum enim cum Deo, & in choro martyrum gaudio fruor ineffabili, & adiecit: Noueris pro certo, quod omnes illi, qui me occiderunt, vel quorum consilio occisus sum, male peribunt, idque citius, quam credi possit. His dictis, disparuit: Ludouicus vero Missa completa, omnibus quæ viderat, indicauit, testem Deum adhibens ita se habere.

Prædicit illi celerem vindictam in percussores suos.

Notatio ad Caput Decimum.

B.

§. Sexta FERIA.

Hic nulla opus explicatione, tantum instituta quasi anacephaleosi conditam pro tempore nonnullorum libri secundi & tertij narratorum seriem, sum traditurus.

Beatus Præsul ante Kalend. Nouemb. omnibus cœlitibus sacras, quæ tunc in diem Sabbathi incidebant Susatum tenuit, vbi cum triduo de pace inter ipsum & Comitem Fridericum concilianda littori loqueretur, cum à Winando Heisterbacensi Monacho, tum alijs per literas de periculo monitus, sexta Nouemb. quæ erat feria quinta, virus peccatorum suorum alias vnquã contractum, apud sacerdotem euomuit vt sequenti die Svvelmensem Ecclesiã dedicaret, vnde paci cõsulturus redire cogitabat Susatum. Feria sexta, Nouemb. die septima in itinere Svvelmensi aliquoties à Friderico occasionem necis captante visitatus, miserorumque studio retentus, sub crepusculum Sicariorum gladiis plagisque 47. confectus occubuit. Ipso Sabbatho, octaua Nouembris, pompa solenni à veteris Montis Religiosis ad ipsorum Monasterium traductus, lauabatur, intestinis eius ibidem humo conditis tumultisque, ac Henrico Seniore Monacho qui ex crure laborabat mirabiliter recreato; Decimo Nouembris secunda in sequentis hebdomadæ feria Colonia ad gradus B. Mariæ Virginis

1225.
1. Nou.

7. Nouëbr.

8. Nouëbr.

10. Nouëb.

- ginis cum mœrore & luctu omnium fuit repositus; demũ in Metropolitanam Basilicam à Clero & populo solemniter ^A introductus, ad conuentum Principum afferuabatur, qua de causa pro æui illius consuetudine, carnes ab ossibus sartagine diuellebantur. feria sexta cuius Cæsarius hic meminit, quæq;
14. Nouëb. erat decima quarta Nouembris, Castrum Valatiæ fuit euersum. Eadem die S A N C T V S N O S T E R Ludouico Rodensi sacris operanti apparens statum adeptæ gloriæ suæ declarauit. Subsequenti Sabbatho 15. Nouembris noui Archiepiscopi electioni destinato, omnium calculis Præsul electus ^B Henricus à Molenarck, qui mox Francofurtum ad colloquium Regis cum B. Martyris pignore profectus, obtinuit, vt relegatio Friderici Sicarij Norinbergæ vulgata, innouaretur. Regalibus donatus à Rege Hêricus, Mogūtia in reditu à Legato Apostolico, concilium per dies Domini aduentui sacros celebrante, dirarum, quibus caput Friderici deuoueretur, obnunciationem vindictamque in ipsius fratres impetravit : vbi & in ipsa synodo B. ENGELBERTVS Martyr est ^C declaratus : ibidem sicut & quarto Idus Decembris in Coloniensi synodo execrationes in reos parricidij continenter prolata.
1226. Anno 1226. in peruigilio B. Matthiæ, honorificentissimo corpus S. ENGELBERTI monumento à Cardinale Portuensi fuit conditum, ac per idem tempus in loco profusi sanguinis amota lignea cruce, sacellum est substructum. Anno ^D fere vertente. Fridericus Isenburgicus ex fuga ad Henricum Ducem Limburgicum adornata, à Baldeuino Comite de Gennep Hoyam inter & Leodium exceptus, Gerardo Comiti S. ENGELBERTI auunculo in Weset ad Mosam fuit traditus, vnde soluto bis mille marcarum precio, decimo ^E Nouembris Coloniam in vincula abreptus quarto post die insigniter inter lumbifragiũ pœnitens ante S. Seuerini portã rotæ supplicio fuit mactatus. S. Sacer-
10. Nouëb. ^F
14. Nouemb. ^G
msc dicunt 13.
Nouemb.

A **S.** Sacerdos quidam.

Quamuis ultra fluuium Rhenum complures pagi nomine Rode, id est Nouale appellantur, quin & castrum aliquod in itinere Schvvelmensi ita ab incolis indigitetur; ab eo tamen Ludouicus Sacerdos nomen Rodense non est mutuatus, cum nulla detur in terra Montensi Ecclesia Canonorum Regularium aut S. Gabrieli dedicata. Videtur verò ab Abbatia Regularium Canonorum, secundo ab Aquisgrano lapide, vulgo Closterrode nuncupata, proxime moenia oppidi Rode Ducis Hertzogenrode, fluxisse.

Caput Vndecimum.

De electione Henrici de Molenarck Archiepiscopi & de zala eius vindicandi parricidium.

SEQVENTI die, id est, sabbato, castro Valantiæ destructo; turris à Clero Coloniae erecta est contra faciem Damasci. Cum autem status regionis ex morte pontificis valde turbatus esset, timerentque primores & Clerus, ne forte ciues cum Walramo propter priuilegia, quæ Dominus ENGELBERTVS communis vtilitatis causa confecerat, aliquid Henricus contra Ecclesiæ libertatem molirentur, sicut eis postea dure satis impositum est, diem, qui est decimus septimus Kalendas Decembris, qui nonus erat à cæde pontificis, electioni præfixerunt. Quo die, mediante & cooperante Domino Theoderico Treuirensi Archiepiscopo, Henricus Bonnensis Præpositus in pastorem & Archiprætulem consensu vnanimi electus est. Quo iuxta morem in Episcopi sede residente, clamores ministrorum, id est, eorum, qui ministerijs fungebantur, de nece Domini sui conuolentium, renouati sunt, & ab eis interula martyris in sinum eius deposita est. Ille vero, vt aiunt, mox iurauit se sanguinem eius quoad viueret, vindicaturum. Quam studiosus autem & feruens hæctenus & fuerit & sit in ea vindicta persequenda, ita vt neque corpori, neque pecunijs parcat, sequentia declarabunt. Eo quidem die, quo sacerdotio initiatus est, ad gloriam martyris dilatandam, coram altari

altari beati Petri exiguitati meæ humiliter satis iniungere dignatus est, ut quæ ab eo insigniter gesta sunt, & miracula quæ per eum Dominus A operatur, ad posterorum notitiam scripto transmitterem. Cumque me excusarem, & dicerem, mihi id non licere, Priori meo, qui præsens erat, præcepit, ut me cogeret obedire: quod & fecit. Itaque cum multos in sua diœcesi habeat viros sapientes & eloquentes, utpote Theologos, Rhetores & Philosophos, qui beati antecessoris eius vitam, martyrium & miracula eleganti stylo scribere, & floribus Rhetoricis ornare possent, si materia laude digna, sermone inculto à me tractata fuerit & explicata, non mihi, quem cogit obedientia, sed illi potius, qui iniunxit, imputandum est. B

Notatio ad Caput Vndecimum.

§. Destructa inquit msc. turri Valentia turris contra faciem Damasci erecta est Colonia à Prioribus;


PER electionem scilicet noui Præsulis, quam Priores maturarunt, ut sua à ciuibus & Walramo defenderent priuilegia, quæ D. ENGELBERTVS in commune consulturus dederat; vel uti msc. *abeis extorserat*, quo verbo cum insinuentur Walramo & ciuibus inuitis priuilegia concessa, fuit quod ipsis timerent. Sed & verbo eodem exprimitur S AN C T I N O S T R I seuerior zelus in acquirenda promouendaque Clerilibertate; designationem igitur noui Principis successoris accelerarunt. D

Henricus à
Molen-
arck Ar-
chiepisco-
pus Colo-
niensis.

Electus autem est Henricus Præpositus Bonnenfis & secundus Archidiaconus Coloniensis de Thombergi & Molenarckæ Dynastarum seu Comitum prosapia; Comitem enim appellat Hermannum de Molenarck: *Reinaldus electus Coloniensis Imperatoris Maiestatis Legatus* in instrumento emptionis *quorundam bonorum in VVestphalia sitorum anno 1161.* & diploma in tabulario S. Vrfulæ asseruatum, quo Archiepi-

Achiepiscopus Philippus sub annum 1171. Molendina ac bona in Emnichouen dono transtulit, tum etiam illud, quo sub annū 1172. syluam in Mherne Collegio Vrsulano liberaliter concessit.

Castrum Molenarck in Ducatu Iuliacensi nunc à Nobili familia Metternich tenetur. Etymologiam illius coniectaturus Molensium arcem dixeris: Molenses enim quondam, indicibus vetustis Monasterii Gladbacensis schedulis, vocabantur Iuliacenses. Wilhelmus Salsmannus vocabulum Molenarck deriuat ab Arca & Mola: Sic enim habet in metrica Agrippinensium præfulum enumeratione:



Molenarck castrū.
vide Gol.
Monachum
anno 1234.

Etymologia & insignia Molenarck.

Heu ENGELBERTVM rapuit cognata Tyrannis,

DIUVS iustitiæ est factus amore pio,

D Cui genus ARCA MOLÆ nomenque, HENRICVS inultam

HAUD ENGELBERTI sustinet esse necem.

Gentilitio Molenarckiorum signo suberant duæ trabes bicoloribus distinctæ tesseriis. In literis instituti per Godfridum de Thomberg militem Anno 1238. Monasterij

X

Svvein-

Henricus
Archie-
piscopus
vir doctus.

Tecklen-
burg.

Diploma
de Ottone
Tecklen-
burgico,

Svveinheimēsis, Hēricus fratrem suū appellat Fridericū. Hēri-
co verò in Gallica & Latina lingua præter vulgare suā quā cū
materno imbiberat lacte quis facūdiior? Iuriū erat per quā pe-
ritus. A pluribus per sepe calumniatoribus in inuidiā vocatus,
per delegatos Apostolicos censuris fuit irretitus, quin & ipse
summus Pontifex Gregorius Nonus in eum inquisuit, vetū
calumnias omnium, etiā affectā adulterij maculam, dexterri-
mè eluit. Sibergensis quoque aduocatia seu patrocinium gra-
uem illi Montensium Comitum concitauit discordiam. **B**
Priuilegium pro immunitate Ecclesiastica Anno 1236. ab
Henrico concessum alias in publicum prodibit; Quo seruo-
re plerosque antecessoris sui necatores vltioni mactauerit,
Cæsarius nominatim & abundè prosequitur. Omissum verò
Ottonem Teckelenburgium ex archæo Metropolitano re-
petemus, cuius in Archiepiscopi Coloniensis diplomate sit
mentio, quo castrum Tecklen-
burg cum quatuor villis Linen,
Brutterbecke, Linge, Millinck-
husen &c. tanquam fundus
clientelaris (quod feudum dicitur)
ob illius cum Isenburgico
conspirationem commissus &
publicatus, partim diœcesi Co-
loniensi, partim ex liberalitate
ipsius Archiepiscopi Coloni-
ensis consentiente Capitulo
Episcopatus Osnaburgensi tā-
quam vicinæ cedere perhibe-
tur: ita enim narrat diploma.

Henricus Dei Gratia Sanctæ Co-
loniensis Ecclesiæ Archiepiscopus,
cæteri; Ecclesiæ Coloniensis Prio-



res;

res; omnibus præsens scriptum intuentibus salutem in verò salutari. **Mutua ob-**
A Licet Colonienſis Eccleſia, Oſnaburgenſi ratione Metropolis, ad ne- **ligatio Co-**
 ceſſitatum ſubleuationem quodam modo teneatur: tamen quia ſpe- **lonienſis &**
 cialeſ ſeruitorum exhibitionem & fidelitatem mater in filia adinue- **Oſnabur-**
 nit, ſpecialiter ſe ſibi ſecundum formam infraſcriptam obligare decre- **genſis Ec-**
 uit. Quamobrem tam præſentibus quam futuris notum eſſe volu- **cleſiarum.**
 mus, conſenſu communi, vtriuſque Eccleſiæ prædictæ, tam Cleri quam
 Laicorum ſic eſſe firmatum: vt quælibet earum ad mutuam viciffitudi-
 nem conſilij & auxiliij alteri perpetuò ſit aſtriçta, vnaquæque iniurias
 alterius ad inuicem propullando, violentiis pro poſſe & viribus cum
B effectu reſiſtendo.

Castrum verò Tecklenburg cum quatuor curtibus, vide **Arx Teck-**
 licet: Liden, Brutterbecke, Linge, Millinghuſen, quæ Otto **lenburg &**
 Comes Tecklenburgenſis propter conſpirationem necis **Linen,**
 facinoroſæ D. ENGELBERTI piæ memoriæ Colonienſis **Milling-**
 Archiepiſcopi demeruit, Colonienſis Eccleſia tanquam feo- **huſen, Lin-**
 da ſibi de iure vacantia, cum aliis feodis ſuis reſumit, ſed **ge, Brut-**
 quatuor manſiones ad quatuor Caſtellanos inſtituendos in eodem ca- **terbecke**
 ſtro, Oſnaburgenſi Eccleſiæ titulo donationis relinquit: Proprietates **ſunt bona**
 hæreditarias & omnes miniſteriales quondam Comiti Teckelenbur- **feudalia ab**
 genſi attinentes, præſatæ Eccleſiæ æqualiter inter ſe diuident, vnaquæ- **Archiepi-**
 que alteri in ſua portione obtinenda auxilium & conſilium ad inui- **ſcopo Co-**
 cem præſtando. Si de villa Linge ciuitas fuerit conſtructa, medietas **lonienſi cõ-**
 omnium prouentuum ſiue in Telonio, ſiue in moneta, ſiue in iudicio **ferenda.**
 conſiſtat, Oſnaburgenſi Eccleſiæ cedit. Si verò in ſtatu, in quo eſt, per- **Quo mer-**
 ſtiterit, nihilominus medietas cum omnibus prouentibus, vt ſupra di- **ces ſeu te-**
 ctum eſt, cedit, exceptis his quæ curiæ Linge pertinere noſcuntur, **ditus ex ci-**
 quæ cum ipſa curia ſpecialiter ad Colonienſem referuntur Eccleſiam, **uitate Lin-**
D diuiſione autem miniſterialium facta, ſi quis ex his ab vna parte mi- **genſi per-**
 niſterialem, alterius partis traduxerit in vxorem, ad vinculum initi **cepti per-**
 deris & amicitia inter præſatas Eccleſias fortius conſolidandum, vxor **tineant.**
 ſine aliqua commutatione liberè virum ſequatur, miniſteriales prædi-
 ctis conditione qua ſub Ottone quondam Domino eorum gaude-
 bant, ſi ipſam conditionibus Eccleſiarum prælegerint, gaudebunt;
 Sin autem, conditionibus Eccleſiarum gaudebunt: Ex parte vtriuſque
 Eccleſiæ ſex miniſteriales præficiantur, qui inter vtriuſque Eccleſiæ

ministeriales decident, si quid inter ipsos emerferit quæstionis. Si autem per ipsos decidi non poterit, ad ipsorum superiores, scilicet Archiepiscopum & Episcopum quæstio deferatur decidenda. Expugnatione castri Teckelenborg facta, infra spacium sex septimanarum prædicti Archiepiscopi & Episcopi, ad diuisionem hæreditariæ proprietatis & ministerialium de quibus supra dictum est proportionandam confederabunt, & diuisione distincta vter eorum præeligat forte dirimetur, Osnaburgensis Ecclesia feoda, quæ Comes Otto quondam ab ipso tenuit tanquam de iure vacantia resumat. Atque vt hæc superscripta confæderatio perpetuò valitura rata & inconvulsa permaneat, sigillorum nostrorum appenditiis ipsam duximus roborandam. Præsentibus confæderationi interfuerunt, Conradus Maior Præpositus & Archidiaconus, Henricus Præpositus S. Seuerini, Bruno Præpositus S. Cuniberti, Gerardus Præpositus Sanctorum Apostolorum, Henricus Præpositus S. Georgij, Arnoldus Decanus ibidem, Decanus Sanctorum Apostolorum, Lupertus S. Mariæ ad gradus, Albertus Subdecanus Maioris Ecclesiæ, Abbas S. Panthaleonis. Interfuerunt etiam Laici Hermannus de Mullenarcke, Theodericus de Roisovve, Hermannus de Aluetere Marschalcus, Theodericus Dapifer de Montckhusen, Franco Pincerna, Gerardus filius Aduocati Coloniensis, Godefridus de Bacheim Camerari⁹, Wilhelmus Sildenck, Goswinus filius Marschalci, Richwinus Marschalcus, & alij quam plures tam Clerici quam Laici. Acta sunt hæc, anno 1227. mense Augusti.

Lippiensis comes.

Huic subtexam aliud ex msc. quodam codice, in quo constituta etiam Lippiensi Comiti poena ob illatâ S. ENGELBERTO necem proponitur; aliique conspirati scelerisq; consortes enumerantur. Integrum autem refero, quia & S. ENGELBERTI vitam



A vitam, & vitæ simul catastrophæ enarrat: ita enim loquitur.

ENGELBERTVS de Altena comitis Montensis primus ENGELBERTI filius, Coloniensis Ecclesiæ creatur Archiepiscopus Anno Domini M.CC.XV. Ipse Fridericum secundum Imperatorem elegit, & coronavit Aquisgrani, qui & filium eius Henricum sibi commendavit. Imperij quoque Vicarium * ultra Alpes instituit cumque status Ecclesiastici reformationi toto conamine insisteret, iuraque Ecclesiæ adversus Principes & Nobiles quoscunque defenseret, à Nepote suo Friderico Comite de Isenburg, multis confossus vulneribus glorioso coronatur Martyrio, eo quod ipsum excommunicauerat, quia Essendiensis

B bona Monasterij violenter rapiens detineret, neque restituere vellet, Anno 1225. Tali inquam mortis genere periturum prædixerat ENGELBERTVM Præsulem Conradus Portuensis Cardinalis, dum in Germania Legationis officio fungeretur, cuius quidem facinoris conscij & conspiratores Theodericus Monasteriensis & Bruno Osnaburgensis Episcopi, Friderici fratres, quos Honorius Papa dignitatibus priuatos perpetuo damnauit exilio. Fridericus vero sceleris patrator velut Cain profugus in terra existens, cum ad Henricum Ducem Limburgensem confugere vellet, à Baldewino Comite de Gennepe, interceptus Gerardo Geldriæ Comiti Auunculo ENGELBERTI Præsulis destinatur.

Quem cum Coloniæ perduxisset extra portam S. Severini rotatus ad instar latronis in columna lapidea præalta exaltatus fuit: quemadmodum mater eius dum adhuc ipsum in utero gestaret præuiderat; Dehinc Henricus de Molenark ENGELBERTI in Præsulatu successor, & mortis seuerissimus vindex ope Henrici Ducis Brabantiæ, Gerardi Geldriæ, Theoderici Cliuiæ, Gerardi Iulii, & Adolphi Marchiæ Comitum, castra Friderici occisoris munitissima Isenburg & Nevenburg

D solo æquauit. Inde Comites de Lippia & Tecklenburg. Friderici cooperatores & conspiratores in necem præsulis, inuadens, exustis illorum villis & nemoribus præcis, castrisque aliquibus captis & dirutis patria pepulit, qui tamen de post Henrico Antistiti reconciliati duo extruere Monasteria promiserunt.

Sederat autem in Episcopatu SANCTVS ENGELBERTVS annis decem Episcopale onus in propria persona perficiens: Cum enim Ecclesiam..... consecrasset, Clericos & non milites secum ducens à Friderico Nepote armato interfectus est.]

NB, esse errorem quod Fridericum coronarit.

* Nobis est citra.


Fridericus Isenburgicus capitur

Castra Isenburg & Nevenburg solo æquantur,

Comites de Lippia & Tecklenburg, arcibus quibusdam dirutis, alijs exuti in exiliū peluntur.

Cliuensis à
sulpicione
sceleris
eximitur.

Cliuensem Comitem Theodericum huius facinoris suspicioni obnoxium fuisse, sed expurgasse se ex alio didici manuscripto codice: Comes, inquit, Cliuia qui hoc tempore regebat, apud Imperatorem suspectus ac insimulatus fuit, quasi Fridrico ad hoc facinus perpetrandum consilium dedisset, aut etiam auxiliatus esses, ut fuerit etiam ad purgandum se ab Imperatore inuitatus, & cognita causa innocens declaratus &c.



Caput Duodecimum.

*De inimicitiiis ortis inter Henricum à Molenarck & Valramum
Ducem & ciues Coloniensis.*

Archiepi-
scopus
Henricus
infensus
est Walra-
mo Duci.
& ciuibus
Colon.

CVM in ea electione præsentés adessent Dux Walramus, & filius eius Henricus, in tantum commotus est Archiepiscopus electus, D ut feuda, quæ Walramus à beato Petro habebat, & quæ filius eius habiturus erat, porrigere recusaret, idque ob supradicti castri destructionem. Ciuibus etiam negauit gratiam suam ob priuilegiorum con- cremationem, & societatem cum Walramo initam, atque etiam ob alia quædam, de quibus omnibus non est huius temporis texere historiam.

Nota-

Notatio ad Caput Duodecimum.

A **H**Oc capite Lector animaduertat humanæ fidei imbecillitatem & inconstantiam, sublato enim B. ENGELBERTO mox affines eius, sui que ciues in alia omnia euntes contra quam promiserant, egerunt. Inconstan-
tia huma-
næ fidei.

§. Dux Walramus & filius eius Henricus.

B Vthoc, & nonum caput plantiora fiant; Limburgentium Ducum propaginem hic subijcio: Ducum, inquam, non Comitum, distinguuntur enim successores Friderici ab his Ducibus, & terris, & dignitate, tum profapia.



HENRICVS LIMBURGICVS ET IVTTA CONIVGES

Henricus II. ex-Dux Lotharingie & Limburgi

Adela de Arlon Vxor.

Valramus Paganus Dux Lotharingia & Limburgi.

Henricus III. Dux
Limburgi.

Valramus
Comes de
Arton.

Margarita vxor Godefridi III.
Brabanti. Vide in Stemmate
Nobilitatis pag. 10. libri
primi historia S.
ENGELBERTI.

Henricus IV. Dux
Limburgi.

Valramus II.
Dux Limburgi
Anno 1226.
S. ENGEL-
BERTI trice-
nario & quin-
que mestri factis
obiit. Hic post
Ermesindis se-
cunda coniu-
gis obitum
Dux Limbur-
gensis fuit.

Henricus de
Vassenberg.

Gerardus de Borne obiit 1225. in tri-
cenario S. ENGELBERTI C Caesar.
lib. 2. vita S. ENGELBERTI cap. 9.
& sic in literis per Capitulum Leodien-
se sigillatis, quas habet Collegium Canonicorum
Vassenbergensium ratione Ecclesiarum in
Elinckhouen & Hauert, per Fridericum Prepo-
situm ibidem sibi concessis, & de Scholastico à
Capitulo deinceps eligendo datis an. 1221. quar-
to Kal. Iulij presidente D. Hugone Ecclesie Leod.
Pontificatus sui anno 22. vocatur Nobilis vir
Gerhardus quondam inclyti Ducis Henrici de
Limburg filius prefata Ecclesie patronus.

Simon
Leodiensis
Cardinalis. B

Henricus IV.
Dux Limbur-
gi. Vxor Mar-
garita ha-
res Adolphi Co-
mitis Montensis
quo defuncto S.
ENGELBER-
TVS Comita-
tus fruebatur.

Valra-
mus Iu-
nior. Vxor
Elizabe-
tha
Barren-
fis.
Hos duos grauis morbus ob persecu-
tionem S. ENGELBERTI afflixit.
Ces. lib. 2. vita S. Engelberti cap. 9.

Henricus
Blondus Luxe-
burgensis Co-
mes à quo
Stemma
Luxembur-
gicum.

Ger-
ardus.

N. nupta
Friderico
Isenburgico
à quo Lim-
burgi noui
Comites
originem
suam du-
cunt.

Filia plu-
res. D

Valramus III. Dux Limburgi
obiit anno 1284.

Ermgardus vxor Reinaldi Comitis Geldria.

Adolphus
Comes Mon-
sensis Elizabeth
vxor.

Conra-

A	Conradus Episcopus Monasteri- ensis.	Cumgardis Comitissa Marchiæ.	Adolphus Co- mes Montensis sine liberis Vxor N. Span- semia.	Guilielmus sine liberis; N. de Al- denburg Vxor.	Henricus de VVin- deck, Agnes de Marcka Vxor.
---	---	------------------------------------	--	--	---



Adolphus Comes Montensis.

Margarita.

B

Caput Decimumtertium.

De processu contra Fridericum & fratres suos.

ASCENDENS inde Francofurtum ad colloquium Regis electus E-
piscopus, corpus martyris duobus Abbatibus Ordinis Cisterciensis d. ferendum commisit, puta Godefrido Abbati Montensi, & Hen-
rico Abbati Vallis S. Petri. Cumque præsentatum esset corpus Hen-
rico Regi atque principibus, & cum eo mortis eius insignia, interula, di-
ditur cæsus plois & pileus: is, qui corpus præcedebant districtis gladijs, vt habent martyr.
legum iura, contra Fridericum latronem vociferantibus, turbatus est
Rex, & omnes, qui cum illo erant: maximæ autem Rex puer, qui per-
inde vt lugere solet filius patrem, & puer tutorem suum, extinctum Fridericus
planxit Episcopum: Proscriptionem vero Friderici in celebri conuentu proscribi-
Norenbergenli factam renouauit, omnibus ei abiudicatis tam allodijs, tur-
quam feudis. Feuda libera abiudicata sunt Dominis suis: allodia proxi-
mis, ministeriales siue ministri & homines à iuramento ei præstito ab-
soluti. Vxor eius vidua, liberi eius orphani sunt iudicati. Electi quoque
Archiepiscopi nomine illic denunciatum est, quicumque Fridericum
captiuum ei exhiberet, illum mille marcas Colonenses ab eo receptu-
rum. Infeudatus inde à Rege electus Archiepiscopus, cum corpore
martyris Moguntiam descendit, vbi Dominus Conradus Portuensis Cõcilium
Episcopus, & Legatus in Aduentu Domini Concilium celebrauit. Ibi Mogunti-
eius præcepto congregati erant diuersarum vrbiu[m] Episcopi, & Abba-
nũ Martyrẽ
tes multi. Is ob necem præfulis multum consternatus, in sermone suo prædicat,
multis eũ in eodem Concilio præconijs extulit, martyrem prædicans,

Y

& cate-

Fridericus
à Legato
& synodo
excommu-
nicatur.

& cæteris Episcopis, qui bonis Ecclesiarum suarum cognatos & nepotulos suos infeudant, vel dum ea diripiunt, dissimulant, exemplum eum statuens. In eodem Concilio ab illo totius Germaniæ Legato Conrado, Fridericus Comes etiam spiritali gladio punitus est. Cum enim eum excommunicaret cum vniuersis Ecclesiarum prælati illic congregatis, præcepit per omnes prouincias legationis suæ, id est, Moguntinensem, Coloniensem, Treuirensis, Bremensem & Magdeburgensem, in omnibus Ecclesijs per omnes Dominicas cum extinctione candelarum eum excommunicari: nec eum solum, sed etiam omnes eius adiutores, à quibus, vel quorum consilio occisus est præsul: itemque omnes, qui reos necis eius fouerent, vel eis communicarent. Exhibita quoque in eodem Consilio sunt Conrado Legato literæ Theoderici Monasteriensis Episcopi, & Engelberti electi Osnaburgensis, Germanorum fratrum Friderici: quorum prior de sacrilegio se excusauit, paratum se dicens Canonice se purgare: alter Episcopum ordinari se petijt. Respondit Legatus, se prouidorem ad parcendum, quam ad puniendum, modo se excusare possint: diemque eis præfixit, quo se purgarent in Concilio Leodiensi. Quo cum venissent, nobilibus conductum eis ex mandato Leodiense. Cardinalis Legati præstantibus, nec se canonice cum septem Episcopis purgare possent, primoribus Coloniensibus, multisque alijs eos accusantibus, Legatus ex consensu Episcoporum plurimorum, qui præsentibus erant, ad Dominum Papam illos transmisit: cui etiam inter cætera hæc scripsit: Examini vestro dirigimus hos duos Episcopos, grauiter de D. ENGELBERTI nece infamatos.

Notatio ad Caput XIII.

§ Puta Godefrido Montensi & Henrico Abbati Vallis S. Petri &c.

Godefridus
Abbas
X. Alden-
burgensis.

Godefridus Montani cœnobii Glaum medius inter Hermannum, & Brunonem tenuit.

Henrici Abbatis & Antistitis in valle S. Petri memini infra capite 25. libri tertij.



In ser-

A §. In sermone suo multis eū in eodem concilio præconijs extulit martyre prædicans.

Tradit hīc auctor Martyrē nostrū à concilio Moguntino eiusq; Præsīde sancto & doctissimo Legato Apostolico in numerum Diuorum relatum esse. Vnde & merito Romanæ Ecclesiæ Martyrologium ita de eodem loquitur.

B Ad diem septimum Idus Nouembris: *Colonia celebratur festus dies SANCTI ENGELBERTI Episcopi qui pro defensione Ecclesiastica libertatis & Romanæ Ecclesiæ obedientia martyrium subire non dubitauit; conspirant cum eo & cætera martyrologia, & manuscriptum Wedinghusani Monasterij in Westphalia: Ipso die, inquit,*

C *sanctæ memoriæ ENGELBERTI Archiepiscopi Coloniensis & Martyris, qui ob defensionem oppressorum, ab impijs innocenter occisus feliciter occubuit anno 1225.] Itē Theodericus Tuitiensis ædituus manuscriptus. ENGELBERTVS, inquit, Tutor Imperij occiditur à Comite Friderico de Isenberg, qui & multis virtutib' plenus refulsit.] Et licet per Dioccesin Coloniensem passim nomē ipsius factis, sacrorum librorum prægressionibus fuerit inscriptum, attramen iniquitate temporum, pauculis tantū ipsius conseruatis imaginibus, Beatissimi Martyris nostri memoria ferè fuisset*

D *obliterata, ni recordatione miraculorum olim ab ipso patratorem, & vindiciarum immunitatis Ecclesiasticæ, permotus SERENISSIMVS NOSTER IN CHRISTO PATER AC DOMINVS, DOMINVS FERDINANDVS ARCHIPRÆSVL COLONIENSIS, ut excitata populi pieta-*

te omnes tantum Antislitem digno prosequerentur honore, quò ipse iam parata maiora præstaret beneficia supplicantibus, diem eius

Y 2

natalem



Breviarium
Coloniens. 7.
Nouembr.

*natalem Ecclesiastico officio celebrari curasset. Anno Christi millesimo
sexcentesimo decimo octavo, Episcopatus sui anno septimo.* A

Idemque Archiepiscopus Princeps Elector Colonienſis
FERDINANDVS Dominus Noſter clementiſſimus &c. pro
ſuo in Sanctorum maxime antecellorū ſuorū reliquias amo-
re & reuerentia, nihil deinceps prætermiſit quo B. Martyris
ENGELBERTI cultum promoueret; inſtituta ſæpius cum
illuſtriſſimo Capitulo Metropolitanò deliberatione de ſa-
cricis B. ENGELBERTI Aſſertoris libertatis Eccleſiaſtica offi-
bus nouo eleuationis honore dignandis, cum illa ubique ne-
glicerentur, egit; atque effectit, vt ſuo atque illuſtriſſimi Col-
legij nomine, Reuerendiſſimi viri ac Patres Otto Gereon
Archiepiſcopus Cyrenenſis, & Adolphus Schulkenius ad
gradus B. M. Virginis Præpoſitus, ipſius in ſacris Vicarij,
Canonici Capitulares Metropolitanì, liſanotheçæ perue-
ſtigandæ designarentur ac præficerentur; Qui anno à ſa-
lute recuperata millesimo ſexcentesimo viceſimo ſecundo,
die octaua Idus Auguſti, prima ſecundum meridiem hora
adſcitis Domino Ioanne Fabric. Metropolitanæ Colonien-
ſis Vicario tanquam Notario, teſtibus Domino Frideri-
co Rheidt Canonico ad Sancti Cuniberti, Martinoque
Linnich cæremoniarum Præfetto, ac ſacramento rogatis Ca-
pituli operis, conceſſerunt in ſacellum Diuæ Catharinæ de-
dicatum, pone venerabilis Eucharistiæ ſacramenti thronum,
vbi precioſum reliquiarum theſaurum reconditum eſſe D
prodebant monumenta vetera, effigies S. ENGELBERTI in
altarià pictoribus expreſſa, atque in pariete, martyrij hiſto-
ria depicãta, quin & tabula miracula eius repræſentans: quid?
quod id ipſum in medio ſacello quadrarium teſtabatur mau-
ſoleum ferreis circumdatum clathris, ac tres circiter in cu-
bitos humo aſurgens, cuius ſupremo marmori vncialibus
literis incifa proponitur hæc inſcriptio.

BEATVS

A BEATVS ENGELBERTVS ARCHIEPISCOPVS COLONIENSIS. Domini igitur designati, implorata prius Spiritus sancti gratia & ope, statuerunt Mausolei viscera rimari, an ipsius complexu sarcophagus B. Martyris & Antistitis coerceretur; Quia verò ipsum vndique plumbatis distinebatur fibulis, vt difficulter fabrilibus operatum instrumentis posset replumbari, per fractis tandem repagulis, desiderabilis sese illis exhibuit thesaurus, plumbea inclusus capsula, quæ vmbilicis claudebatur stanneis: & vt aduertas maiorum nostrorum in custodiendis reliquijs sollicitudinem, & religionem, duplici circumligabatur serico funiculo, cui Metropolitanæ ædis Sigillum erat impressum; Prouoluti mox omnes in genua, Deo sanctarum reliquiarum conseruatori ob repertum inæstimabilem Theaurum gratis actis, elatam subinde ad altare hierothecam perquirunt, Sigillum verus explorant non delibatum, sed omnino inuiolatum, ipsum denique sarcophagum reliquiarum videndarum cupidi, reuerentiâ aduersus illas adhibitâ introspiciunt, atque è Beatissimi hospitis loculo, gratissimo afflati odore mirifice recreantur; suo quæque in loco reperiunt ossa honestissime posita, lanæ purpureoque serico implicata: Caput cicatricosum, vel vulnerum potius adhuc hiatu fatiscens, Sicariorum arguebat crudelitatem, atque immanitatem. Nec conchyliatæ gemmarum vndæ, nec auriferæ Pactoli arenulæ vllum vnquam perinde recrearunt, atque Dominos inuestigatores

D detectio huius tam preciosi thesauri, quem submissis genibus fixisque piè osculis venerati, manibus suis contrectauere, & indicto ocyus solemnî conuentu, pro deportatione reperti thesauri ad summum altare, faces, peripetasmata, & musicam apparari iubent. Mox expeditis ad suos passim consanguineos vel amicos ministris, ac maiore etiam urbem personante ære, conceptam animo lætitiâ diuulgauere. Ex insolenti

æris maioris crepitu, euocati clerus, populus, ædem summam subeunt, canonicas decantaturi preces vespertinas, adornant supplicationem, succollantibus sacerdotibus Martyris tumba circumfertur, concinitur festiue. *Hic est vere Martyr qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit &c.* modulis precū vespertinarū decātatī succinitur, Hymnus S. Ambros. *Te Deum laudamus.* Noua mox pōpā in sacrarū thesaurus deducitur. Alias solēnitates, earumq; pompas in sancti honorē institutas Lector ex consueta vrbis Colonienſis magnificentiā poterit æstimare. Næ Sancto Nostro hunc ipsum cultum fuisse gratum & acceptum, Lux ipsius anniuersaria, singulari beneficio est contestata. Subierat ille quondam mortem pro Romanæ Ecclesiæ obedientia, & defensione libertatis Ecclesiasticæ, & anno inſequentē hac ipsa die reuoluta accepit Romana Ecclesia vniuersalis Patrē Vrbānū Octauū, qui hodie etiam nū præſidet. Eodēq; planetēpore Coloniēſis Ecclesia insignē prope Stattloen de fidei libertatisq; Ecclesiasticæ hostibus per Westphaliam à S. ENGELBERTO quadraginta & septem vulneribus consecratam, grassantibus, victoriā reportauit. Nec dubium est, quin plura Martyr, qui ipsa post annū eleuationis suę die reuoluta, iā dictos fidei hostes in fugam egit, sit collocaturus beneficia; cum liberalis in Serenissimo Electore Nostro, atque Illustrissimo Capitulo Metropolitanano voluntas cumulandi illum honoribus perseueret, quippe à quibus in hierothecam ex auro & argento fabricatam ampliter sit sumptus. Experiantur aliquando, vti olim Machabæus potiozem in cælo quam armis spem collocans Oniæ Pontificis & Hieremiæ prophetæ deprecationem, sic & ipsi patrociniū SANCTI NOSTRI aduersus fidei atque immunitatis Ecclesiasticæ oppugnatores.

1623.

6. Augusti
victoria
prope
Stattloe in
partibus
Marcanis.

Hierotheca
preciosa
S. Engelberti.

S. Theo-

A §. Theoderici Monasteriensis Episcopi,
& Engelberti Osnaburgensis.

Temporis, quo Theodericus Isenburgicus Ottonis Ben-
themij infulati Monasteriensis successor exauguratus fuerit, Theoderi-
cus Isen-
burgicus
Monaste-
riensis E-
piscopus.
Cæsarius non meminit: Probabile tamen est, id anno 1226.
vertente, vel sub initium anni 1227. contigisse. Reperiuntur
enim documenta adhuc anno 1226. ab ipso Episcopo ob-
signata; rursus dantur alia, quibus Ludolphus ab Holte Epi-
Bscopus Monasteriensis annum millesimum ducentesium
vigesimalium septimum, profitetur adepti sui honoris fuisse
primum. Minus expedita est temporis ratio, quo Engelber-
tus Isenburgicus (quem alij erroneè Brunonem vocant: cum
hic illius fuerit frater, vt paulo post ex literis ipsius Conrado
Archiepiscopo Coloniensi datis ostendam) electus Osnabur-
gensis gubernauit Ecclesiam: Kleinsorgius in manu-
scripta Westphaliæ historia Ecclesiastica, asserit; Engelber-
Cto Isenburgico, seu, vt ille ait, Brunoni necdum consecrato
ENGELBERTVM Tecklenburgicum fuisse surrogatum, il-
lumque, sub decursum annorum viginti quatuor, quasi post
liminio, ad Diocesios administrationem rediisse. Docent Cranz. in
Metrop. li. 7.
cap. 43.
id tabulæ ex archiuo Metropolitano Coloniensi deprom-
ptæ, quas eo libentius hic infero, vt sua lectori constet veritas:
Produnt enim ipsum ENGELBERTVM sedi præfuisse Epi-
scopali, & simul laudant Philippum & Brunonem ipsius fra-
Dtres cum Theoderico nepote seu Friderici Isenburgici filio
testes: vnde haud parum Stemmatis series supra pagina 14.
allata confirmatur.

Literæ fœderis inter Conradum de Hochsteden Ar-
chiepiscopum Coloniensem & Engelbertum Isenbur-
gicum Episcopum Osnaburgensem initi.

Engelbertus Dei Gratia Osnaburgensis Ecclesiæ Episco-
pus

pus omnibus præsentibus inspecturis in perpetuum. Vniuersos
 præsentibus & futuros scire cupimus, quod nos de consensu ^A
 Capituli nostri, & consilio Prælatorum ac fidelium nostro-
 rum cum venerabili in Christo Patre & Domino nostro
 Conrado Coloniensi Archiepiscopo fide manuali ad inui-
 cem data talem iniuimus perpetui fœderis vnionem, quod
 nos & nostri successores fideliter ei suisque successoribus &
 Ecclesiæ suæ contra quemlibet ipsis iniurias inferentem, cum
 requisiti fuerimus, perpetuo assistemus & auxilium præsta- ^B
 bimus in nostris expensis inter Rhenum & Wiseram. Idem-
 que Archiepiscopus sui que successores in suis expensis No-
 bis, nostrisque successoribus & Ecclesiæ nostræ idem facient
 econuerso. Vt autem huiusmodi confœderationis vnio à
 nobis nostrisque successoribus inuolabiliter obseruetur &
 secundum formam præscripti fœderis impleatur, præsentem
 paginam super hoc confectam, nostro & Capituli nostri fi-
 gillis duximus roborandam in testimonium prædictorum. ^C
 Acta sunt hæc apud Smerlecke, iuxta Sufatum. Præsentibus
 Henrico Præposito Sancti Seuerini, PHILIPPO PRÆ-
 POSITO SVSATIENSI FRATRE NOSTRO. BRV-
 NONE PRÆPOSITO OSNABVRGBENSI FRA-
 TRE NOSTRO. Lothario Præposito Sancti Cuniberti,
 & Ottone de Wickerode Canonico Coloniensi, Gysone
 Thesaurario & Hugone de Vorencampe Canonicis Osna-
 burgensibus. Laicis vero Wilhelmo de Iuliaco, Adolpho de ^D
 Monte, Adolpho de Marcka, Simone de Spanheim, Gode-
 frido de Arnisberg, Ludevico de Rauensberg & THEO-
 DORICO NEPOTE NOSTRO DE ISENBURG
 Comitibus. Item Henrico de * Isenberg, Walramo de Lim-
 burg, Walramo de Monsyoye Nobilibus. Item Alberto de
 Hurde, Henrico de Volmunsteine Marschalco, Alberto de
 Stur-

** hic videtur
 ille Henricus
 de Limburg
 dictus de I-
 senberg quem dicunt Theodorici de Limburg filium patremq̄, Gerlaci & Ludovici.*

A Sturmede, Gosvino Schulteto Sufatiensi, Henrico & Bartholdo filijs eius, Henrico de Vitinchouen, Gobelino de Meschede, & alijs quam plurimis. Datum Anno Domini M.CC.XLVIII. In Annuntiatione B. Mariæ Virginis.

Caput Decimumquartum.

De pœna Arnoldi militis cum martyri malediceret.

B **V**T autem ad superiora redeamus, corpus martyris à duobus supra-
dictis Abbatibus per Rheni alueum Coloniam reducitur. Cum
que venissent contra Wesseling pagum, duobus milliaribus à Colonia Wesseling
distantem, miles quidam Arnoldus nomine, è litore prospiciens, ubi
didicit pontificis Engelberti ossa reuehi, in contumeliam martyris e-
rupit, ita dicens: Multi aiunt, dominum hunc, qui complures læsit,
damnis affecit & exhæredauit, sanctum esse & miracula facere. Hoc si
verum est, quod tamen ego non credo, hæc mihi Deus faciat & addat,
vt antequam moriar, insanus efficiar. Multauerat illum beatus Epi-
scopus quadraginta marcis ob culpam filij eius, qui fœminam vi op-
presserat. Qua tamen in re multum ei pepercerat, vt facinus morte ple- Homo ma-
ctendum, tam modicæ pecuniæ damno mulctaret. Vt verò ostenderet ledicus
Deus, quàm periculosum sit homini ponere in cœlum os suum, eodem male de
die maledico vertiginem capitis immisit: & eum paulò post aliena lo- martyre
queretur, vxorem cum cæteris cædere cœpit, itemque sacerdotem, qui loquens
ad confessionem eius audiendam vocatus erat. Quid plura? Tenerur, diuinitus
vincitur, custoditur tanquam furiosus, & sequenti die post multa blas- punitur.
phemix verba sine viatico & confessione animam insanus expirat. In- Psal. 108.
duerat enim maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua Sap. 1.
in interiora eius. Itaque nemo debet sibi malum imprecari: quia licet
benignus sit spiritus sapientiæ, non tamen semper liberabit maledi-
ctum à labijs suis. Hæc mihi retulit miles quidam, qui has Arnoldi blas-
phemias audiuit, nec tamen compefcere potuit blasphemantem: & vix
est quilquam in vicinia, quem tantum lateat miraculum. Audiant re-
centem militis huius pœnam, atque vtinam non etiam æternam dam-
nationem, qui quacun que ex causa martyri detrahentes, & gloriæ eius
inuidentes, dicere solent: Nequaquam credere possumus, virum super-
bum,

bum, auarum, & prorsus mundo deditum, miracula posse edere. Considerant illi, quid aliquando fortasse fuerit: sed quid per martyrium factus sit, non attendunt. Credant saltem saluatum, quem dæmones martyrem confitentur.

Notatio ad Caput Decimumquartum.

Blasphemie in Sætos punitæ. **G**eminum his narrat Cæsarius lib. 8. dial. cap. 69. *Simile, inquit, habes de Annone Coloniensi Archiepiscopo, cui cum post mortem multi detraberent, dicentes: eum Ecclesiarum fuisse dismembratorem & ciuium suorum excæcatorem; Dominus Deus in translatione illius, quanta sanctitatis esset, signis plurimis ostendit.*

Caput Decimum quintum.

De obsesso in Magdeburg quale ei testimonium perhibuerit.

EST in ciuitate Magdeburgensi quidam obsessus à dæmone pessimo, qui nullius timet exorcismos, nec vult respondere, nisi vni sacerdoti, qui specialem gratiam contra illum accepit à Domino: cui etiam sapè noua & occulta dicere consuevit. Postridie eius diei, quo occisus est Episcopus, præcepit illi sacerdos, vt aliquid noui ipsi diceret. Illo diutius reluctante, & presbytero instante, miro modo cœpit dæmon ridere, cachinnari, manus complodere. Cumque sacerdos diceret, *Quid habes, & quæ causa est tanti tripudij tui?* respondet ille: *Eiâ, eiâ: serò ille ENGELBERTVS, qui Coloniæ Episcopus erat, occisus est. Stupente sacerdote ac dicente, Mentiris: ille respondit, Citò percipies. Et sacerdos: Fuiisti in morte eius? Fui, inquit ille: imò non sunt tot graminis herbulæ, quot ibi congregati fuimus. Cumque sacerdos diceret, Quid factum est de anima eius? lugubri voce respondit: Quando oculi eius sanguine obducti & oppressi fuere, anima nobis erepta est, & quò peruenit, ignoro. Post triduum audientes de morte pontificis, satis admirati sunt, quibus priùs verba dæmonis innotuerant. Ciuitas enim Magdeburgensis à loco cædis penè quatuor abest mansionibus. Et si autem diabolus mendax est ab initio, & pater eius, constat tamen ex*
Euan-

Serò; id est, hesterno vespere.

Joan. 8.

A Euangeliorum testimonio, eum aliquando vera dicere contra suam voluntatem, maximè cum exorcizatur, vti hoc speramus, quod subiungimus.

Notatio ad Caput Decimum quintum.

S. In ciuitate Magdeburgi.

B **M**agdeburgum Dmo adum pyrgus & per aphæresim ^{Magde-} Maidpurgum, id est, Parthenopolis vulgo nuncupatur, vrbs quondam illustris Imperatorum & Pontificum sedes, magnificis prætoriis, lautis & latis plateis, regiisque templis longè celeberrima ac Romani Imperij Burgrauiatu nobilitata. Primates Germaniæ eius dat Ecclesiastica dignitas. Ciuibus nostra tempestate fatale fuit sacris Diui Norberti Archiepiscopi sui Lipsanis vna cum patrociniò nudari Nam S. Norbertus Deo Cæsarique nostro clementissimo FERDINANDO rebelles, sub annum 1631. 13. Kalendas Iunij expugnata ipsorum vrbe sub iugum missi sunt, quamuis se vna cum laribus Vulcano consecrarint æternum deinceps arfuri.

Caput Decimum sextum.

D *De obfesso apud S. Thomam qui eius meritum vniuersis Ecclesiæ Colonienfis Episcopis præferebat.*

IN diœcesi Treuirensi est cœnobium sanctimonialium Ordinis Cisterciensis, quod, ad sanctum Thomam, vocatur. Illic ante hos duos menses energumenus quidam in oratorio eiusdem martyris, de statu quarundam animarum tam secularium, quam religiosorum interrogatus, tam rationabiliter de omnibus respondit, vt qui illic aderant, vera iurat⁹ quid eum dicere non ambigerent. Cumque domina Elisaberth, eiusdem domus Abbatissa, eum interrogaret, num interfuisset cædi Episcopi Euberto digelberti, & ille respondere nollet, adiuratus validissimis exorcismis vt xerit.

diceret veritatem, sic ait: Queris, an fuerim in morte eius. Vtique fui: imò meo consilio interfectus est. Ego Fridericum & satellites eius incitavi, ego ad facinus illos animavi: ego, vt re ipsa malitiam conceptam implerent, effeci. Dicente Abbatissa, Vbi est anima eius? respondit: Eheu, eheu subtracta est mihi & socijs meis, qui illic conueneramus. Ita se ante mortem preparauerat, ita se lauerat (contritionem & confessionem significans) vt nostri iuris nihil esset in illo, & adiecit: Nostis, cur tot ille miracula faciat? Respondentibus illis: Nos id ignoramus, sed volumus, imò præcipimus tibi in nomine Christi, vt nobis id indices: subiunxit, Quando volutabatur in suo sanguine, & iam moriturus erat, percussoribus suis medullitus ignouit, ita dicens: Pater, ignosce illis. Propter hunc sermonem tam potens effectus est apud altissimum, vt non negetur ei, quicquid ab illo petierit. Idque pro comperto habeatis, nunquam vllum Coloniae sedisse Episcopum in pontificis cathedra, qui tantum possit apud Deum, tantique apud illum meriti sit, vt Engelbertus. Sed hic fortassis obijciat quisquam Maternum & Seuerinum, aliosque sanctissimos Ecclesiae Coloniae Episcopos, quorum vita fuit irreprehensibilis, & sanctitas in Christo probata. Sed respondetur, hunc fuisse martyrem, illos non fuisse. Consummatus in breui per martyrium Engelbertus, expleuit tempora multa. Totius tabernaculi pulchritudinem, per cuius cortinas & columnas Ecclesiae ordines præfigurati sunt, pelles tegebant arietum rubricatae. Arietes, qui duces gregum sunt, significant Ecclesiae Prælatos, qui verbo & exemplo, huc vtriusque Testamenti cognitione, quasi duobus cornibus gregem sibi commissum custodire tenentur. Quorum pelles rubricantur, cum pro subditorum salute, vt zelo iustitiae mortem opperentes, vt beatus Engelbertus, lauant stolas suas in sanguine agni. Ipse quidem Engelbertus, reuera fortis aries fuit, quippe qui duobus cornibus suis, id est, gemina potestate, spiritali & seculari hostes Ecclesiae Coloniae ventilauit. Quod si obijciatur de sanctis Euergislo & Agilolpho Episcopis Coloniae, etiam illos passos esse: responderi potest, non tanti meriti fuisse causam martyrij eorum, sicut Engelberti. Alter enim illorum noctu à latronibus clam occisus est: alter verò palam à raptoribus, qui diæcesis eius terminos peruaserant. Illos martyres fecit pietas & innocentia vitae: hunc verò virtus obedientiae & zelus iustitiae. Sicut diuersae sunt species martyrij, ita & causae diuersae. Agnus occisus est ab origine mundi, ait scripturae auctoritas. Agnus Christus est, qui

Nota cur
rati ponderis
sint preces eius
apud Deū.

Exod. 26.

Apo. 7. & 21.

Apo. 13.

A in quibusdam suis membris occisus est propter innocentiam, ut in Abel: in alijs propter iustitiam, ut in Prophetis: in alijs propter zelum legis, ut in Machabæis: in alijs propter constantiam fidei, ut in Apostolis. Recentiori tempore in sancto Thoma Cantuariensi Episcopo, occisus est propter libertatem Ecclesiæ conseruandam. Eadem causa mortis exitit in præfule nostro Engelberto. Occubit ille pro libertate Ecclesiæ Cantuariensis, iste verò pro defensione Ecclesiæ Essendiensis. Liberavit ille Ecclesiam Anglicanam sanguine suo de graui iugo Regis Henrici: liberavit iste æquè morte sua Ecclesiam suæ defensionis commissam, ab intolerabili exactione Comitum Friderici. Et licet beatus Thomas ante passionem multa pertulerit incommoda, damna, exilia, quæ non pertulit Engelbertus: in ipsa tamen passione plus doloris, angoris & ignominie certum est Engelbertum tolerasse. Ille enim, ut legimus, in capite vno ictu cæsus, à sacrilegis relictus est in templo: iste vulneribus permultis toto corpore confossus, nudus relictus est in sterquilinio: Sanctus Thomas occisus est ab eis, qui apertè eum oderant: sanctus verò Engelbertus, quod maiorem afferre solet dolorem, & augere inuidiam, à cognatis & amicis, à quibus nihil metuebat, quosque ipse sublimarat. Philosophi cuiusdam sententia est, duplicari dolorem, cum ab eo à quo bonum merueris, venit: itemque tanto iniuriam magis affigere, quanto propinquior est, qui fecit. Inde etiam est, quod David propheta dicit in Psalmo: Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, & cætera, quæ sequuntur. Repositum denique corpus sacrum gloriosi martyris Engelberti, Angelica libertate donati, Colonia in Ecclesia beati Petri in sepulchro decentissimè præparato iuxta mausoleum nobilissimi præfulis & Archiducis Philippi, quod est in dextera Ecclesiæ parte, contra portam Australem, sexto Kalendas Martij Dominus Conradus Portuensis Episcopus & sedis Apostolicæ Legatus, coram innumerabili multitudine diuersæ dignitatis, ordinis, sexus, & ætatis sepeliuit. Quanta illic quotidie miracula fiant, in libro virtutum eius partim declarabitur. Passus est autem beatus martyr anno gratiæ millesimo ducentesimo vicesimo quinto, mensis Nouembris die septimo, anno Pontificatus sui decimo, sub Honorio Papa III. imperante Friderico II. monarchiam cæli & terræ obtinente Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

Genes. 4.

2. Mach. 7.

Occisus est Engelbertus pro defensione Ecclesiæ Essendiens.

Conradus Legatus sepelit.

Tempus cædis eius.

Notatio ad Caput Decimum sextum. A

S. Thomæ Monasterium. **D**E S. Thomæ monasterio Cæsarius agit *lib. 1. dial. cap. 42.* Adiacet in Eifflia fluuio Kill. Antistitam Elisabeth existimo fuisse eam sanctam Virginem Cisterciensem, cuius memoria in vita B. Iosephi Steinfeldensis vsurpatur.

Quæ vetus sit commemoratio S. Engelberti Aduertatur etiam sepulchrum S. ENGELBERTI in Conradi de Hochsteden opere Metropolitano non dextrum, sed sinistrum Basilicæ latus, in sacello D. Catharinæ, haud procul sacrario iuxta Philippum Archiepiscopum tenere, vti ex eleuationis constat relatione. In Necrologio Metropolitano ara S. Catharinæ dicata, appellatur etiam altare D. ENGELBERTI. Nam pridie Idus Martij vetustissimis literis signatum est: à Theoderico de Brule Canonico Diacono ad altare D. ENGELBERTI Archiepiscopi (quod D. Catharinæ est) perpetuo, vt sacris operaretur, sacerdotem ex bonis suis in Leggenich institutum fuisse & dotatum. Unde & colligere licet quanta sit honoris S. Nostro habitus antiquitas. Diligens etenim rerum inuestigator prisicarum, Theodericum Canonicum & B. ENGELBERTVM deprehendit fuisse coætaneos. Testes sunt tabulæ de sylua Hussholtz ad annum Domini 1220. libro superiori allatæ. Testes sunt ipsæ B. ENGELBERTI literæ ex Vilecensi tabulario depromptæ, quæ anno 1219. laudant testes Theodericum de Brule (de quo nos hic) Lambertum de Dollendorp, Gerlacum de Multzfort, Canonicos maioris Ecclesiæ. B

§. Pater ignosce illis.

Remissio offensarū. S. ENGELBERTI pro inimicis suis deprecationem, hucusque referre Cæsarius distulit; eum inter media vulnera & mortem affectum erga inimicos celebrant Amplissimus Cardinalis Bellarminus *libr. 10. de verbis Domini cap. 7. & de*

de iisdem R. P. F. Godetridus Litus *in tractatu de passione.*

A Quæ Monachienfes fasti Mariani de eadem inimicorum dilectione in SANCTO NOSTRO afferunt, ad refræmandos vehementiores in homine Christiano motus, hic adscribi merentur: *Imaginis inscriptio.*

Qui pascitur inter lilia,
S. ENGELBERTVS Ep. M.
Remissio offenfarum.

B *Optimum vindictæ genus est culpam ignoscere, & humanitatis beneficia non negare, mala pati & stillicidia gratiæ communicare, hoc supernæ Deitatis opus est, quæ quotidie innumerabiliter iniuriis lacessitur & sustinet, blasphematur & non irascitur.....]*

Non minus pie quam fortiter est mortuus ENGELBERTVS. Nam ut taceam Virginem solemnibus diebus mercurij ieiunio cultam, monitus per literas de infidijs, animum quidem confessione purgavit & lachrymis expiavit, cæterum ut ne hostem proderet, igni literas damnauit. Fridericum deinde, cum iam parturiret vltimum scelus, hospitio non semel cum suis excepit, neque Comitem habere viâ abhorruit, utque malus gentis ex ore alieno palam factus est, moriens Christo Christi verbis pro hostibus suis supplicauit, facultatem ob id nactus mira (quæ innumera sunt) patrandi. Sub idem fere tempus lunæ geminam alteram lunam Cœnobita vidit gladio insignem, ne dubitaret orbis sideribus nouum sidus Engelbertum additum.]

Caput Decimum septimum.

De celeri vindicta occisorum eius & morte Friderici Comitis.

SUPERES T nunc, ut dicamus, quanta & celeritate & seueritate omnipotens Deus famuli sui sanguinem, tum per seipsum, tum per humani ministerium vindicauerit. Quantum enim displicuerit sacrilego-

EMM.

Apoc. 6.

Suppliciu
vnius è
percussori-
bus eius.
Item alte-
rius hor-
rendum.

Gen. 4.
Ibidem.

Isenburg

Nienbrug.

Psal. 108.

Duo Epi-
scopi ob
cædè eius
deponuntur

rum facinus, licet martyris passio placuerit, pœna subsequens manife-
stat. Vox animarum pro Christo interfectorum, eiusmodi est in Apo-
calypsi: Vsq̄uequo, Domine, sanctus & verus, non iudicas, & non vin-
dicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Non diu exspe-
ctauit Dominus, non annum, non mensem: sed statim martyris sui En-
gelberti sanguinem ad se de terra clamantem, vindicare cœpit: Vindi-
cavit autem gladio materiali, vindicavit gladio spiritali, idque, sicut
martyr octauo die ab obitu suo, Ludouico Rodensi prædixerat, tam
celeriter & tam acriter, vt à nobis credi non posset. Noueris, inquit, pro
certo, eos omnes, qui me occiderunt, vel quorum consilio occisus sum,
malè perituros, & hoc citius, quàm credi possit. Quarto enim die vnus
satellitum funestorum ab Henrico Comite Tuitij captus, in insula
Rheni ante ciuitatis mœnia, rotæ supplicio affectus est sine vlla miseri-
cordia. Non multò post alius quidam capitur, & vinctus Coloniã
mittitur: vbi pedibus ad equos ligatus, cum per plateas ciuitatis hor-
rendum in modum tractus esset, membris omnibus securi confractis,
in rota extra muros positus est. Aiunt duos alios alibi consimiles dedisse
pœnas. Cæteri verò tam nobiles, quàm serui eorum, timore mortis
natale solum cum possessionibus suis relinquentes, cum duce suo sata-
na vsque hodie circumeunt terram, & perambulant eam. Ipse autem
totius mali caput Fridericus, cum duobus fratribus suis Wilhelmo &
Godefrido, vt supradictum est, excommunicatus, ac deinde proscriptus,
proiectus à facie Domini, sicut Cain, qui fratrem suum occiderat,
vagus & profugus factus est super terram, nusquam acceptus, nusquam
tutus, ita vt dicere possit cum Cain: Omnis qui inuenerit me, occidet
me. Interim castrum eius Isenburg, quod inexpugnabile videbatur, in
vltionem pontificis obsidetur, deditur, & solotenus destruitur. Cum-
que obsessi multi essent, & vitæ necessarijs ab undarent, tantus eos ti-
mor inuasit, vt castrum diu tenere non auderent. Inde autem vxor Fri-
derici cum liberis educta est, vt ei meritò congrueret, quod de Iuda tra-
ditore scriptum est: Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutan-
tes transferantur filij eius, & mendicent, eijciantur de habitationibus
suis. Scrutetur scenerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni
labores eius. Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius. Ex
omnibus enim bonis suis Fridericus cum vxore, liberis & fratribus eli-
minatus est. Theodericus verò Episcopus Monasteriensis cum fratre
Engelberto, in Osnaburgensem Episcopum electo, in Concilio Leo-
dicensi

A diensi suspensi, Romam profecti sunt. Profectus est etiam cum eis Fri-
 dericus eadem spe, qua & illi. Cumque aliquamdiu in curia mansissent
 Episcopi, nec proficerent, eo quod se sufficienter purgare non possent,
 procuratoribus Ecclesiæ Coloniensis reclamantibus, & literis princi-
 pum eos accusantibus, ambo depositi sunt, & non multò post tum ex
 dolore, tum (quod credibilius est) ex diuina ultione mortuus est Theo-
 dericus, & in solo peregrino sepultus. Mortui sunt ibidem alij ex parti-
 cidis tres. Mortua est etiam vxor Friderici morte subitanea: cumque
 viscera eius eiecta essent, adeò cor eius ex dolore, vt aiunt, emarcuerat,
 vt vix fabæ quantitatem excederet. Mortuus fuit ante eam pater eius
 B Dux Walramus cum fratre Gerardo, viri potentes. Ita miser Fridericus
 spe vbique destitutus, cum Romæ non impetraret misericordiam, quæ
 illi placeret, vel indignus misericordia, vel quod probabilius est, ad
 maiorem indignioremque pœnam diuinitus reseruatus, digressus ab
 Vrbe, dissimulata persona, quantum quidem potuit, cum duobus Leo-
 didium venit. Vbi à quodam, qui eum Romæ viderat, cognitus, & quod
 ipse Comes Fridericus esset, proditus, à * Balduino milite Leodiensi
 fraudulenter satis captus est, & Domino Henrico Coloniensi Archi-
 C Episcopo plusquam duobus millibus marcarum venditus, ac Deo di-
 spensante, eodem pene die, anno euoluto, quo beatus martyr ENGEL-
 bertus multorum mœrore ciuitati est mortuus illatus, multorum desi-
 derio per portam oppositam captiuus est introductus, atque inde quar-
 to die, quo fuerat superiori anno primum Episcopi septenarium cele-
 bratum, turpissimè in rotam cum tormentis impositus est. Videtur ei
 congruere, quod à Domino per Ezechielem ad Regem Ægypti dictum
 est: Expandam super te rete meum, & extraham te in sagena mea, &
 proijciam te in terram. Super faciem agri abijciam te, & habitare super
 te faciam omnia volatilia agri, & implebo colles sanie tua, & irrigabo
 D terram fœtore sanguinis tui. Vniuersa hæc impleta sunt & impleantur in
 Friderico. Captus est, venditus, extractus & vinctus, in terram proie-
 ctus & securi contractus, sicque super rotam positus, esca factus est vo-
 latilibus agri, colles, quibus impositus est, implens sanie sua, & terram
 subtus irrigans fœtore sanguinis sui. Per triduum illud, quo vinctus te-
 nebatur in palatio, extra muros ciuitatis in monticulo, qui est iuxta por-
 tam sancti Severini, columna ex lapidibus alta satis erecta est, & in illam
 rota plaustrum plumbo vestita, vt durare posset, translata: atque in eam Alijs aeneæ
 rotam funibus pertractus est, prius tamen in terra brachijs & cruribus rota.

Vxor Fri-
 derici subi-
 tanea mor-
 te corripitur.

* Balschum
 habet Godesf.
 Monach.
 Balduin⁹ à
 Gennep.
 Ann. 1226.
 Dira mors
 Comitis
 Friderici.
 Ezech. 32.
 Vide Go-
 desf. Mo-
 nach. in
 annal.

eius securi contractis. Erat tum anniuersarius dies, quo martyr sacerdoti Rodensi prædixerat, omnes percussores suos mala morte perituros. **A** Quod accipiendum est vel de corporis, vel animæ, vel vtriusque morte. Et si autem mala & turpi atque ignominiosa morte in corpore Fridericus perijt, speramus tamen eam pœnam animæ eius fuisse medicinam, quandoquidem bene contritus, & diligenter atque frequenter tam priuatim quàm publicè confessus, se reum clamauit: & pœnas illatas patienter tulit, membra singula carnifici confringenda vtrò offerens: cum in dorso eius fabricaret carnifex ille immisericors, & sedecim ictus cum securi ei inferret, nullam edidit vocem, ita vt omnes mirarentur. **B** Inde vsque ad matutinas preces in corpore durans, fertur tantum orasse, & circumstantes, vt pro ipso orarent, deprecatus esse. Fortassis ex merito martyris Engelberti, qui moriens orauit pro inimicis, gratia hæc illi præstita est. Cum autem ea omnia, quæ iam diximus, intra primum fere annum acciderint, haud dubium, quin de alijs sacrilegis, hinc similia vel etiam maiora audituri simus: sed de his satis. Nunc porrò de miraculis & beneficijs, quæ ob eius merita declaranda præstantur infirmis, quædam dicenda sunt ad honorem Domini nostri Iesu Christi: Cui cum Patre & Spiritu sancto honor & imperium in sæcula sæculorum, Amen. **C**

Pœnitētia eius, & pœnarum tolerantia.

Ictus rotæ sedecim Fridericus in dorso excepit.

S. Engelbertus orat pro inimicis, vide supra c. 15. pag. 182.

Notatio ad Caput Decimum septimum.

§. Interim ad castrum eius Isenberg.

Isenburg. **M**Anuscripti omnes consentiunt Fridericum insignium duarum arcium fuisse Dominum, alterius Isenberg, infra Hattingen in vertice montis iuxta Rutam fluuium; al- **D**

Nienbrug. terius Nienbrug seu Nouipontis in parœcia Heringen ad amnem Lupiam. Ex quarum ruderibus plura surrexerunt opera. Imprimis ex arce Nienbrug excitatum oppidum

Hamm. Hamme, ab Adolpho V. Comite Altenano & primo Comite Marchiæ sub annum 1226. inter Lippiæ & Asnæ (quem indigenæ vocant Asiam) confluentes, quò & ciues arce atque ciuitate suâ exuti migrauêre. Hamme autem apud Saxo-
nes

A nes idem sonat, quod saltus, vel pratum pascuum fossulâ circumcinctum. Ex Iienberg verò arx Blanckenstein ad confluentem Ruræ & torrentis Mutenbecke, medio circiter milliari ab oppido Hattnegensi disiuncta haud procul à Cliff Lutzenradiorum castro & antiqua arce Isenberg, cuius rudera adhuc videre licet in montis fastigio Ruræ imminente prope pagum vnder Wenigern infra Hattnegam, quæ ex reliquijs illis fuit ab eodem Adolpho sub idem tempus extracta. Tum etiam prætorium Baldeinew (id est, cito noua **Baldine** arx) quod à Mercatore in Athlante videtur vocari Breinevv quasi *Breit ein New* (idem significans quod prius) vna hora vel circiter Assindâ non procul à Relinghusen distans, Ruram inter & Assindiam ædificatum.

Est autem Baldinevv fundus clientelaris seu feudum Ecclesiæ Assindiensis, quo diuturno tempore Comites Limburgici ad Lenam fluuium & tandem Equites de Steck donati seu inuestiti fuerunt, à quibus dotis nomine ad Nobiles Eill & modo ad Neihoff est deuolutum. Vnde etiam Neihoff satrapa in Buchem affectus hoc beneficio clientelari Baldeinevv à Principe Assindiensi, obtendit se simul donandum patrocínio seu Aduocatia in Rolinghausen illi connexo. Hinc nonnihil huius libri Capitulum primum illustratur. Denique Limburgum ad Ripam Lennæ fluuij ex Smal- **NB. Limburg ad Lenam, est oppidum diuersum à Limburgo ad Lanum in VVester-vvaldia.**

D Ruram influentis suam ex his ruinis duxit originem, Authore Henrico Duce Limburgico, qui suos ex Friderico Comite nepotes in posterum alti vel noui Limburgi Comites voluit appellari, Rosæque insignium suorum substitui Leonem. Adeo enim prisca Germani scelera erant exosa, vt si cuius nomina aspersa fuisset labes, illius imagines dare aut in ludis exhibere hostilibus erubescerent. Quã etiam existimo causam

Marcana
Insignia
ex archi-
uis.

cur Altenani ob famosū Friderici Isenburgici patricidii, gentilitiam insignium suorum rosam cum trabe bicoloribus tessellis depicta commutarint, prout superioris libri pagina vndecima id insinuauit ex manuscriptis, qui produnt ab Adolpho Altenæ ac Marchiæ Comite propter nefarium Friderici patruelis sui facinus, Rosæ familiæ suæ imagini, trabem tessellatam eamque bicolorem fuisse substitutam. Ipsemet ego ex archæo Westphalico vidi curioseque examinaui tabulas Ludouico Arnsbergensi Comiti ab Euerhardo & Engelberto Marcanis Comitibus datas, in quibus aduersæ Euerhardi ceræ cataphractum repræsentabant equitem, cuius dextram armabat gladius, læuam verò imago tessellis distincta insignibat. Ornabantur quoque huiusmodi quadris sectilibus tum ex equi tergore ac ceruicibus defluentes phaleræ, tum equitis balteus, inductumque galeæ scabellum. Aduersæ Euerhardi ceræ medium tessellis supereminentem Leonem referebant. Engelberti verò signum aduersum tantum, seu vt vocant, absque contra-sigillo, quadratas tesseras cum medio leone exhibebat. Inter insignia & epigraphen tres spargebantur æschyli seu *πλατυπέλλου* flores, quorum vnus supremam insignium attingebat superficiem, duo vero reliqui vtrisque latus occupatum ornabant.

Quæ insignia Comites cum Marcano cognomine ab Equitibus mutuatos fuisse astruunt manuscripti; testantur enim id nominis ipsis ab Arce Marcana, quam à Rabodone de Marca emerant, obuuisse; verius tamen est, nomen Marchiæ Comitum, longè ante SANCTI ENGELBERTI necem, dum adhuc ipsius generis insignia rosas decorarentur, ore omnium fuisse celebratum, vt supra monui *libro primo cap. 3. pag. 30. literis A. B. & capite quinto pagina 96. linea vltima.*

Gennep.

Baldevvinus Eques, qui Fridericum interceptum solutis sibi

A. sibi bis mille marcis, Gerhardo Geldriæ Comiti tradidit in manus, fuit ex familia Baronum de Gennep, vnus ex maioribus Wilhelmi Archiepiscopi Coloniensis.

Supplicij Isenburgici theatrum, seu monticulum ante portam S. SEVERINI, vt manuscripti loquuntur Annales, Cavalis ante rolo Audace Nouesium obsidente Magistratus Coloniensis propter belli pericula ceruicibus suis impendentia est demolitus, extat hodieque Rotarum vallis vulgo dicta der Kaderthal.

B.

* * *

FINIS LIBRI SECUNDI.



PROSOPOPOEIA;

C.

Q V A

S. ENGELBERTVS

FATIFERVM COGNATIS SVIS

GLADIVM DEPLORANS LVNÆ ERI-

PIT, AC MIRACVLORVM FREQVEN-

D.

TIAM IMPOSTERVM

negat.

He v! quàm cognatæ dēsanctur funera gētis!

Conditus ac Triuiæ mucro cruore madet!

Ni rapiã Phœbe gladiũ; mox prole penates

Conspicient vacuos; mox sine patre lares.

Aa 3

ERI-